MAnda deus virtutem tuam cõfirma deus hoc quod operatus es in nobis a tẽplo tuo ĩ hierusalem tibi offerent reges munera. Increpa feras arũdinis cõgregatio taurorum in vaccis populorum: vt

excludāt eos qui ꝓbati sūt argēto. Glia pa. Sicut e.
Kyrie eleysō. Xp̄e eleysō. Kyrie el. Pater nr̄. Et ne n.
Sed libera. Bn̄dicamus patrē et filiū cū sctō spiritu:
Laudemus et superexaltemus eū in sclā. Laudem' do
minū quē laudāt angeli. Quē cherubin et seraphin sā
ctus sanctus sanctus proclamāt. Dn̄e exaudi oratio
nem meā. Et clamor. Dn̄s vobiscum. Oremus.
DEus abrahā/deus isaac/deus iacob sit vobiscū:
et ipse vos cōiungat/ipleatq; bn̄dictionē suā in
vobis. Qui viuit et regnat cū deo patre in vnitate spi
ritussācti deus. Per oīa sclā sclōꝝ. Alia oꝛ. cū Orem'.
BEne ✠ dicat vos de' pr̄/custodiat vos ies' xp̄s/
illuiet vos spūsscts̄/ostēdatq; dn̄s faciē suā in
vobis ꝗ misereat vr̄i/cōuertat dn̄s vultū suū ad vos ꝗ
det vobis pacē/ipleatq; vos oī bn̄dictiōe spūali in re-
missionē oīm pctōꝝ vestroꝝ: vt habeatis vitā eternā:
et viuatis in secula seculoꝝ. Amen. ¶ Hic intrēt eccle
siam vsq; ad gradum altaris: et sacerdos in eundo cū
suis ministris dicat hunc psalmum sequentem.
BEati oēs q̄ timēt dn̄m: q̄ ābulāt ī vijs ei'. Labo
res manuū tuaꝝ q2 māducabis: btūs es et bene
tibi erit. Vxor tua sicut vitis abūdās: in laterib' dom'
tue. Filij tui sicut nouelle oliuaꝝ: in circuitu mense
tue. Ecce sic bn̄dicet homo: q̄ timet dn̄m. Bn̄dicat te
dn̄s ex syō: vt videas bona hierl̄m oībus dieb' vite tue.
Et videas filios filioꝝ tuoꝝ: pacē super isrl̄. Glia p.
Sicut erat. sine nota. cū Kyrie eleyson. Xp̄e eleyson
Kyrie eleyson. Tūc prostratis sponso et sponsa ante
gradū altaris: roget sacerdos circūstantes orare p eis
dicendo Pater nr̄. Et ne nos. Sed libera. Saluum
fac seruum tuum et ancillam tuam. Deus meus spe-
rantes in te. Mitte eis dn̄e auxilium de sancto. Et de

syō tuere eos. Esto eis dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Dñe exaudi orōem meā. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscū. Et cum spū tuo. Oremus. Or.

Benedicat vos dñs ex syō vt videatis q̄ bona sūt hierlm oībus dieb⁹ vite vestre: et videatis filios filiorum vestrorum et pacē super israel. Per x. Oremus. Or.

Deus abrahā/deus ysaac/deus iacob: bene ✠ dic adolescētes istos: et semina semē vite eterne i mētibus eorum. vt quidq̄d pro vtilitate sua didicerint: hoc facere cupiāt. Per iesum xp̄m filiū tuū recuperatorē hoīm. Qui tecū viuit et regnat. &c. Oremus. Or.

Respice dñe de celis: et bn̄ ✠ dic cōuētionē istā ⁊ sicut misisti sctm̄ angelū tuū raphaelē ad thobiam ⁊ sarā filiā raguelis: ita digneris dñe mittere bn̄di ✠ ctionē tuā sup istos adolescētes: vt in tua volūtate pmaneāt/⁊ in tua securitate psistāt/⁊ in amore tuo viuāt et senescāt: vt digni atq₃ pacifici fiāt: et multiplicētur in lōgitudinē dierū. Per xp̄m do. n. Oremus. Or.

Respice dñe propicius super hūc famulū tuum respice et super hanc famulā tuam. respice vt i noīe tuo bn̄ ✠ dictionē celestē accipiāt: et filios filiorum suorum et filiarum suarum vsq₃ in terciā et quartā pgeniē icolumes videāt: et in tua volūtate pseuerēt/et in futuro ad celestia regna perueniāt. Per xp̄m. Oremus. Or.

Omnipotēs sempiterne deus qui primos parentes nr̄os adā et euā sua virtute creauit et in sua sctificatione copulauit. ip̄e corda et corpora vestra sāctificet et bn̄dicat: atq₃ in societate et amore vere dilectionis cōiūgat. Per xp̄m. Deīde bn̄d. eos di. Orem⁹.

Benedicat vos deus omp̄s oī bn̄dictione celesti: efficiatq₃ vos dignos in cōspectu suo: superabūdet in vobis diuitias gratie sue: et erudiat vos in ver-

bo veritatis: vt ei corpore pariter & mente cōplacere valeatis. p do. Finitis or. & introductis illis i psbiteriū: scz inter chorū et altare ex parte ecclie australi et statuta muliere a dextris viri. videlz iter ipm & altare icipiat officiū.




Enedi cta sit san cta trinitas at q̄



indi uisa v ni tas cōfi tebi mur e i q2 fecit



no bi scū miseri cordiam su am.

In tēpore paschali finiatur hoc modo.




Allelu ya alle luya. ps. Būdicamus patrē et filium



cum sācto spiritu.

Nō dicat vlteri9. Kyriel. cū suis v. dicatur. Ad hanc missam seruetur modus et ordo per omnia sicut in duplicibus festis hoc modo.



Gloria in excelsis deo. Gloria in excelsis deo.





Loria in excelsis deo.

Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te.

Glorificamus te. Gratias agim⁹ tibi propter magnā gloriam tuā. Dñe deus rex celestis deus pater om̄ps. Dñe fili vnigenite iesu christe. Dñe deus agn⁹ dei filius patris. Qui tollis pctā mūdi miserere nobis. Qui tollis pctā mūdi: suscipe depcationē nostrā. Qui sedes ad dexterā patris miserere nobis. Qm̄ tu solus sanct⁹. Tu solus dñs. Tu solus altissimus iesu christe. Cū sctō spū in glīa dei patris. Amē. Iste due orōes sequētes dicantur sub vno Oremus. et sub vno Per dñm. Oratio.

Omnipotens sempiterne de⁹ qui dedisti famulis tuis in cōfessione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoscere: et in potētia maiestatis adorare vnitatē: qs. vt eiusdē fidei firmitate ab oib⁹ sp muniamur aduersis. Al'or.

Exaudi nos om̄ps et misericors deus: vt quod nostro ministratur officio: tua benedictione potius impleatur. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit. Ad corinthios. i. vi.

Fratres. Nescitis quoniā corpora vestra membra sunt christi: Tollens ergo mēbra christi/faciam mēbra meretricis: Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici. vnū corpus efficitur: Erūt inquit duo in carne vna. Qui aūt adheret deo: vnus spiritus est. Fugite fornicationē. Omne enī peccatū qđcūqȝ fecerit homo: extra corpus est. Qui aūt fornicatur: in corpus suū peccat. An nescitis quoniā membra vestra tēplū sunt spūssancti qui in vobis est. quē habetis a deo et nō estis vestri: Empti enī estis precio magno: honorificate et portate deū: in corpore vestro. Grad.



Enedictus es domine




qui intueris abys sos et sedes



super cheru bin ℣. Bñdicite



de um celi quia




fecit nobiscum misericordiam su am



Nō repet. gr. i mis. spō. Alleluya.



℣. Benedictus es domine



de us patrum nostrorum et laudabilis in



se cula.

In tpe pasc. erit scdz all'a vnu ex istis sequetibus. Al le luy ya.

℣. Nonne cor nostrũ ardẽs erat in nobis de iesu dũ loquere= tur nobis in vi a.

Alle luya.

℣. Surgens iesus dominus no ster ste tit in me dio discipulo=

rum suorum dixit pax vobis.

Alle luya.

V. Surre xit do-

minus et occur rẽs mulie-

ribus a it aue


te tunc accesse rũt et tenue-

rũt pedes eius


gis



Allelu ya. ℣.




In die resurrectionis mee dicit dominus



pre ce dã vos in galile am



Allelu-



ya. ℣. Dicite



in genti bus quia do minus regna-



uit a li gno.



Alle luya.

℣. Christus re-

sur gens ex mor tuis iam

non moritur mors

il li vl tra non do-

minabitur. Sequentia.

Alma chorus domini nunc pangat nomina

summi. Messias sother emmanuel sabaoth adonay

Est unigenitus via vita manus homousion. Prin

cipium primogenitus sapiẽtia virtus. Alpha caput finisqꝫ simul vocitatur et est oo. Fons et origo boni paraclitus ac mediator. Agnus ouis vitulus serpens aries leo vermis. Os verbum splendor sol gloria lux et ymago. Panis flos vitis mons ianua petra lapisqꝫ. Angelus et spõsus pastorqꝫ propheta sacerdos. Athanatos kyros theon panton cratorr et ysus. Saluificet nos. Sit cui secla

Per omnia dōxa.


Sequētia sancti euāgelii scdm matheū .xix. Glā tibi dñe

In illo tēpoꝛe: Accesserunt ad iesū scribe et pharisei: tentantes eum et dicētes. Si licet homini dimittere vxoꝛē quacūq̄ ex causa: Qui respondēs ait illis. Non legistis quia qui fecit ab initio masculū et feminam fecit eos: Et dixit eis. Propter hoc dimittet homo patrem et matrē et adherebit vxoꝛi sue: et erūt duo in carne vna. Itaq̄ iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non separet.


Credo in vnum deum.

Patrem omnipotentē. Factoꝛem celi et terre. Uisibilium omniū et inuisibiliū. Et in vnum dominū iesum chꝛistū filium dei vnigenitū. Et ex patre natum ante omnia secula. Deū de deo lumen de lumine deū verum de deo vero. Genitū non factum cōsubstantialem patri per quem oīa facta sunt. Qui pꝛopter nos homines et pꝛopter nostrā salutem descēdit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine: et homo factus est. Crucifixus etiam pꝛo nobis sub pōcio pylato passus et sepult' est. Et resurrexit tercia die scdm scripturas. Et ascēdit in celū sedet ad dexterā patris. Et iterū vēturus est cū gloꝛia iudicare viuos et moꝛtuos. Cuius regni nō erit finis. Et in spiritum sctm dñm et viuificantē. Qui ex patre filioq̄ pꝛocedit Qui cū patre et filio simul adoꝛatur et cōglorificatur.

Qui locutus est per prophetas. Et vnā sanctā catholicam et apostolicā ecclesiam. Cōfiteor vnum baptisma in remissionē peccatorū. Et expecto resurrectionē mortuorū. Et vitam venturi seculi. Amē. Offertoꝛ



Benedi ctus sit de us pa ter



vnige ni tusq; de i fi li-



us san ctus quo q; spiri tus



quia fe cit nobi scū mise ricoꝛdi am



su am. Tpe pasc. Alle luya.

¶ Nota q̄ odoꝛ thuris benedicti nunq̄ datur in eccliā sponso et sponse. Inde est q̄ oblato thure bn̄dicto sup altare si descēdat thuribul' ad clericos vel ad laicos: aliud thus est apponendum et hōibus est offerēdum. Sec.


Sanctifica quesumus domine deus noster trinitas sancta per tui sancti nominis inuocationē huius oblationis hostiam: et cooperante spiritusancto per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternū.

Adesto domine supplicatio- Et absecrationibus nostris et hanc oblationem quam tibi offerimus pro famulis tuis quos ad statum maturitatis et ad diem nuptiarum perducere dignatus es/ placatus ac benignus assume. Per dominū nostrum. Prefatio. Qui cum unigenito. post Sāctus prosternant se sponsus et sponsa in oratione ad gradum altaris extenso super eos pallio quod teneāt quattuor clerici per quattuor cornua in superpelliciis nisi alter eorum prius fuerit desponsatus et benedictus: quia tūc non habeatur pallium super eos nec dicatur sacramentalis benedictio. vt postea patebit. Deinde dicto Per omnia secula seculorum. amen. post Pater noster. anteꝗ̄ dicitur Pax domini sit semper vobiscum. facta fractione eucharistie more solito: dimissaq; hostia in tribus fractionibus super patenam dicat sacerdos conuersus ad illos orōes seq̄ntes sub tono lectionis: illis interim genuflectētibus sub pallio sacerd. sic dicēte



Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Propiciare dn̄e supplicatiōib⁹ nr̄is: et institutis tuis quib⁹ ꝓpaginē hūani generis ordinasti benignus assiste. vt qđ te auctore cōiungitur te auxiliante



seruetur. Per christū dominū nostrū. Oremus. Oro.

Deus qui potestate virtutiꝭ tue de nichilo cuncta fecisti: q̄ dispositiꝭ vniuersitatis exordiis hoī ad ymaginē dei facto. ideo īseparabile mulierꝭ adiutoriū

cōdidisti: vt feminee corpori de virili carne dares principium docens quod ex vno placuisset institui: nunquam liceret disiungi. Hic incipit benedictio sacramentalis.

Deus qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti: vt christi et ecclesie sacramentum presignares in federe nuptiarum. Hic finit benedictio sacramentalis

Deus per quem mulier iungitur viro et societas principaliter ordinata ea benedictione ✠ donatur que sola nec per originalis peccati penam nec per diluuii est ablata sententiam respice Respice propicius super hanc famulam tuam que maritali iungenda est consortio: tua que se expetit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis et pacis: fidelis et casta nubat in christo: imitatrixque sanctarum permaneat feminarum. Sit amabilis vt rachel viro/sapiens vt rebecca/longeua et fidelis vt sarra Nichil in ea ex actibus suis ille auctor preuaricationis vsurpet: nexa fidei mandatisque permaneat vni thoro iuncta contactus illicitos fugiat/muniatque infirmitatem suam robore discipline. Sit verecundia grauis/pudore venerabilis/doctrinis celestibus erudita. Sit fecunda in sobole/sit probata et innocens et ad optatam perueniat senectutem/et videat filios filiorum suorum vsque in terciam et quartam progeniem: et ad beatorum requiem atque celestia regna



perueniat. Per dominum &c. Per omnia secula seculorum. Amen.

Notandum quod hec clausula Deus qui tam excellenti mysterio. vsque Deus per quem mulier iungitur viro. non dicatur in secundis nuptiis vir et aut mulier ad bigamiam transiens non debet iterum a sacerdote benedici: quia cum alia vice benedicti sunt: eorum benedictio non debet

iterari: quia caro bñdicta trahit ad se carnē nō bñdictā Notandū est aūt q inhibitū est per cpm extra de secū dis nuptijs: ne bñdictio detur in secūdis nuptijs. quod etiam testatur beatus ambrosius qui ait. **Prime nuptie a dño sunt cōstitute. Secunde vero permisse. Prime nuptie sub omni benedictione celebrantur. Secūde vero carent omni benedictione.** sed quia plures benedictiones sunt in nuptijs celebrandis. scilicet in introitu ecclesie et super pallium et post missam et super thorum in sero.Quere que benedictio sit iteranda in secundis nuptijs et q̄ nō. Sciendū est q in hac oratiōe que sic incipit **Deus qui ptāte.** &c. tres sūt bñdictiōes ibidē que idē habēt principiū: scilz **Deus.** media aūt est omittēda. scilicet ista **Deus qui tam excellēti.** vsq **Deus per quē mulier.** quia in ista benedictione agitur de vnitate christi et ecclie: que figuratur in primo matrimonio nō autē in secūdo. vñ aplūs ad corinthios ait **Erūt sīqt duo ī carne vna.** et hoc notatur extra de bigamis capo. **Debitū. et sit vir vnius vxoris.** et hoc pro primo matrimonio: sed qui adheret pluribus dissoluit vnitatem vel fedus vnitatis: et ideo illa benedictio que agit de vnitate. scz **Deus qui tam excellēti myste.** et cetera. non dr in secundis nuptijs: et hoc est verum tam in viro bigamo q̄ in muliere vidua: quia caro benedicta trahit ad se carnē non bñdictā: sed omnes alie benedictiones siue orationes debent dici indifferēter secundū curiam romanā/ et secundū hostiensē et thomam alquinum et morandum doctorem. Et questio ista discussa erat et determiata in sacro palatio dñi pape et translata in angliam per magistrū Johannem haysted. anno dñi M.ccc.xxi. et causa discussionis erat quia multitudo sacerdotum tunc temporis ad sedem

apostolicam conuolarunt causa obtinende absolutio
nis beneficium pro benedictionibus in secundis nu-
ptijs indiscrete collatis. Ideo super hoc statuitur con
stitutio noua Johānis pape xxii. que sic incipit.

Concertationi ātique finē imponere cupiētes
ꝑsiti declaramus edicto: ꝙ licet vir vel mulier
ad bigamiā vel ad secundas nuptias transierint: bñdi
ci non debēt cum fuerint alias benedicti: ꝙ si forsan al
ter eoꝝ vel ambo essent ad secundas nuptias trāseun-
tes ⁊ in primis nuptijs bñdicti nō fuerint: dāda est eis
bñdictio in secūdis nuptijs. Sane volētes antiquū ri
gorē tēperare: cōcedimus ꝙ pbr̄ qui secūdas nuptias
bñdixerit sciēter ad sedē aplicam ex hoc venire minime
teneatur: sed a pena suspēsionis hoc casu a iure īdicta:
per suos possīt dyocesanos absolui. Si qui vero iuxta
opinionē quorūdā hacten⁹ ex hoc se non reputātes su-
spēsos ordines quoslibet seu queuis bñficia receperit:
dyocesani eoꝝ a pena suspēsionis ꝓdicta ipos absolue
re ac sup executiōe ordinū et retētione bñficioꝝ hmōi
cū eis valeāt licite dispēsare. Hic queri pōt quare scđe
nuptie nō bñdicātur. Ad hoc dico ꝙ scđm matrimo-
niū ꝙuis sit sic ꝯsyderatū sit ꝑfectū sacramentū: tamē
in ordīe ad primū sacramētū ꝯsyderatū: aliq̄d habet de
defectu sacramēti. q2 nō habet plenā significationē cū
nō sit vna caro sicut est i mr̄imonio xpi et ecclie ⁊ rōne
hui⁹ defect⁹ bñdictio a scđis nuptijs subtrahit. Sz hoc
est intelligēdū qñ scđe nuptie sunt scđe ex parte viri et
ex parte mulieris tm̄ prime. Si eni virgo cōtrahat cū
illo q̄ habuit aliā vxorē: nichilomin⁹ nuptie bñdicunt.
saluatur ⁊ aliquo mō significatio etiā in ordine ad pri-
mas nuptias: q2 eps et si vnā ecclesiam habeat spōsā: hz
tñ plures ꝑsonas despōsatas in vna ecclia: sed aia non

potest esse spōsā alterius q̄ xp̄i. q2 cū demone fornicat nec est mr̄imoniū spūale et ꝑpter hoc quando mulier scdo nubit: nuptie nō bn̄dicūtur ꝑpter defectū sacramenti. ¶ Post hec vertat se sacerdos ad altare et dicat Pax dn̄i. et Agnus dei. Tūc amoto pallio surgāt ābo sponsus et sponsa et accipiat sponsus pacē a sacerdote et ferat sponse osculans eam et neminē alium nec ipse nec ipsa: sed statim dyaconus vel clericus a presbytero pacem accipiens ferat aliis sicut solitum est. Cōio.



Enedicimus de um ce li et corā omnibus viuentibus confitebimur e i qui a fe cit nobi scum mise ricordiam su am.

Tp̄e pasch. Alleluya al le luya.

Proficiat nobis ad salutē corporis Postcōio. et anime domine deus huius sacramēti susceptio: et sempiterna sancte trinitatis eiusdemqꝫ indiuidue vnitatis confessio. Alia postcommunio.

Quesumus oīpotens deus instituta prouidētie tue pio amore comitare: vt quos legitima societate cōnectis: lōgeua pace custodias. Per dominū.

Post missam bn̄dicatur panis et vinū vel aliquod potabile in vasculo et gustent in nomine domini sacerdote dicente Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Bene ✠ dic dn̄e panē istum et hunc potū et hoc vasculū sicut bn̄dixisti quinq; panes in deserto et sex ydrias in chana galilee: vt sint sani ⁊ sobrii atq; immaculati omnes gustantes ex eis saluator mūdi. Qui viuis et regnas cū deo p̄re in vnitate sp̄ussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Nocte vero sequēte cum sponsus et sponsa ad lectum peruenerit: accedat sacerd. et bn̄dicat thalamū dicens Dn̄s vobiscum. Et cum spiritu tuo. Orem⁹. Oratio.

Bene ✠ dic dn̄e thalamū istū ⁊ oēs habitātes in eo: vt in tua pace cōsistāt et in tua volūtate permaneāt/et in amore tuo viuāt et senescāt et multiplicētur in longitudinē dierum. Per dominū nostrum.

Item bn̄dictio sup lectū cū Dn̄s vobi. et Orem⁹. Or.

Bene ✠ dic dn̄e hoc cubiculū. respice qui nō dormis neq; dormitas/qui custodis israel custodi famulos tu s in hoc lecto quiescētes ab oīb⁹ fātasmaticis demonū illusionib⁹. custodi eos vigilātes vt in p̄ceptis tuis meditētur dormiētes ⁊ te p sopore sētiāt vt hic ⁊ vbiq; defēsionis tue muniātur auxilio. Per dn̄m

Deīde fiat bn̄dictio sup eos i lecto tm̄ cū Orem⁹. Bn̄d.

Bene ✠ dicat deus corpora vestra ⁊ aīas vr̄as et det super vos bn̄dictionē sicut bn̄dixit abrahā ysaac et iacob amen. Alia benedictio cum Oremus.

Manus dn̄i sit sup vos mittatq; angelū suū sctm̄ qui custodiat vos oībus diebus vite vr̄e. amē.

Alia bn̄dictio cū Oremus.

Bene ✠ dicat vos pater et filius et spiritussāctus qui trinus est in numero ⁊ vnus est in numine amē. His pactis aspgat

eos aqua bñdicta: et sic descẽdat et dimittat eos i pace.
¶ Ordo ad seruitiũ peregrinoꝝ faciendũ. Imprimis cõfiteãtur peregrini de oĩbus peccatis suis: deĩde dicãtur sup eos corã altari pstratos. psalmi et pces sequentes: et post vnũquẽq3 psalmũ dicitur Glia pri. ps. Ad te dñe leua. et ps. Miserere. require in vigilia mortuorũ. Psalm⁹.
Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi ꝯmorabit. Dicet dño susceptor meus es tu: et refugiũ meũ deus meus spabo in eũ. Qm ipse liberauit me de laqueo venãtiũ: et a verbo aspero. Scapulis suis obũbrabit tibi: et sub pẽnis eius spabis Scuto circũdabit te veritas eius: nõ timebis a timore nocturno. A sagitta volãte in die a negocio pambulãte in tenebris: ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille ꝫ decẽ milia a dextris tuis: ad te aũt nõ appropinquabit. Uerũtamẽ oculis tuis cõsyderabis: et retributionẽ peccatoꝝ videbis. Quoniã tu es dñe spes mea: altissimũ posuisti refugiũ tuũ Non accedet ad te malũ: et flagellũ nõ appropinquabit tabernaculo tuo Qm angelis suis mãdauit de te: vt custodiãt te in oĩbus vijs tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidẽ tuũ. Super aspidem et basiliscũ ambulabis: et cõculcabis leonẽ ꝫ draconẽ. Qm in me sperauit liberabo eũ: protegã eum qm cognouit nomẽ meũ. Clamauit ad me et ego exaudiã eum cũ ipso sum in tribulatione: eripiã eum et glificabo eũ. Lõgitudine dierũ replebo eũ: et ostẽdã illi salutare meũ. Glia pri. Kyriel. Xpe el. Kyriel. Pater nr̃. Et ne nos. Sed libera. Ego dixi dñe miserere mei. Sana animam meam quia peccaui tibi. Uias suas dñs demonstret tibi. Et semitas suas doceat te. Gressus tuos dñs dirigat secundũ eloquiũ.

tuũ: vt nõ dñentur tibi oẽs iniusticie. Utinã dirigantur vie tue. Ad custodiẽdas iustificationes dñi. Perficiat dñs gressus tuos in semitis suis Ut nõ moueãtur vestigia tua. Bñdictus dñs de⁹ die quotidie ꝓsperũ iter faciat tibi. Deus salutariũ tuoꝝ. Angelus dñi bonus comitetur tecum Et bene disponat itinera tua et actus tuos: et iterũ cũ gaudio reuertaris ad ꝓpria. Bti imaculati in via. Qui ãbulãt in lege dñi. Nichil ꝓficiat inimicus tibi. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere tibi. Exurge dñe adiuua nos. Et libera nos ꝓpter nomẽ tuũ. Dñe deus virtutũ conuerte nos. Et ostẽde faciẽ tuã et salui erim⁹ Dñe exaudi orõem meam. Et clamoꝛ. Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo. Oremus

ADesto dñe supplicationib⁹ nr̃is: et viã famuli tui N. in salutis tue ꝓsperitate dispone: vt inter oẽs vie ⁊ vite huius varietates: tuo sẽper protegatur auxilio. Per xp̃m dñm nostrũ. Oremus. Oratio.

DEus qui ad vitã ducis et cõfidẽtes ĩ te paterna ꝓtectiõe custodis: q̃s vt huic p̃nti famulo tuo N. a nobis egrediẽti ãgelicũ tribuas comitatũ: vt auxilio tuo ꝓtectus nulli⁹ mali cõcutiat formidine / nullo cõprimat aduersitatis languore nullis irruẽtis inimici molestetur isidijs: sed spacijs necessarij itineris ꝓprio gressu peractis ꝓprijsq; locis restitut⁹ recipiat sospes ac debitas exoluat tuo noĩ grãs. Per ⁊c. Ore⁹. oro

DEus qui diligẽtib⁹ te miam tuã sẽper ĩpẽdis: et a seruiẽtib⁹ tibi in nulla es regione lõginquus dirige viã huius famuli tui N in voluntate tua: vt te protectore te duce per iusticie semitas sine offensione gradiatur. Per dominũ nr̃m. Hic surgãt peregrini a prostratione: et benedicat sacerdos peras suas et baculos suos dicens Dominus vobiscũ. et Oremus. Or.

Domine iesu christe qui ineffabili tua miseratione ac pr̄is iussione spūsq́ꝫ sctī cooperatione de celo descendere voluisti. ouē q́ꝫ perditā dyabolica seductione voluisti querere. atq́ꝫ ꝓprijs humeris ad celestis patrie gregē referre: quiq́ꝫ ꝑcepisti filijs matris ecclesie orādo petere/ viuēdo querere/ ac pulsādo perseuerare vt citius inuenire valeāt salutaris p̄mia vite: te humiliter īploramus. quaten⁹ sctificādo bn̄ ✠ dicere digneris hanc perā et hunc baculū: vt quicūq́ꝫ eā in tui nomīs amore ad instar humilis armature lateri suo applicare atq́ꝫ collo suo suspēdere/ siue in manibus suis gestare: sicq́ꝫ peregrinādo suffragia sctōꝝ humili comitāte deuotione studuerint querere: dextere tue ꝓtecti munimine ꝑuenire mereātur ad gaudia mansionis eterne. p te saluatorꝫ mūdi. Qui cū pa. ⁊c. Hic aspgat aquā bn̄d. sup peras ⁊ baculos ⁊ ponat singlis pegris perā ad collū d̄

In noīe dn̄i nr̄i iesu christi accipe hāc perā habitū peregrinatiōis tue: vt bene castigat⁹ et saluat⁹ peruenire merearis ad limina sctōꝝ quo ꝑgere cupis: et pacto itinere tuo ad nos reuertaris incolumis. p c. d̄. ⁊c. Deinde tradat singulis eoꝝ baculum ita dicens.

Accipe hunc baculū sustētationis itineris ac laboris peregrinationis tue: vt deuincere valeas oēs cateruas inimici et peruenire securus ad limina sanctoꝝ quo pergere cupis: et pacto obedientie cursu ad nos reuertaris cū gaudio. Per do. Si vero aliq̄ ipsorū ꝓfecturi sint hirlm: tūc habeāt ipsi vestes cū cruce signata: et bn̄dicātur cruces hoc mō. cū Dn̄s vo. Or.

Deus inuicte potentie pietatis immense Deus atq́ꝫ peregrinantiū totius consolationis auxilium: qui famulis tuis victricia arma tribuis: q̄s nunc. vt has cruces deuote humilitatis bn̄ ✠ dicere digneris:

vt venerāde crucis vexillū cuius in eis est designata figura sit inuictissimū robur seruoꝝ tuoꝝ cōtra antiqui hostis nequissima tentamēta: sit in via defēsio/sit in domo protectio/sit vbiqꝫ p̄sidiū. Per do. Hic aspgatur aqua bn̄dicta super cruces: et detur singulis pegrinis sic pfecturis vestis cū cruce signata dicente sacerdote

ACcipe vestimentū cruce domini nostri saluatoris signatū: vt per illud salus bn̄dictio et virtus prospere proficiscēdi ad sepulchrū ipsius tibi comitetur. Qui cum deo patre et spū̄sancto viuit et regnat deus. Per. His finitis: dicatur missa pro iter agētibus.

Ad missam officium hoc modo incipitur. Introit⁹




Esto michi in de um prote ctorē et in locum refugi j vt saluū me faci as quoniā firmamētum meum et refugium meū es tu et propter nomen tuum dux mi chi e ris et enutri es me.

Tempore pascali. Alle lu ya alle lu ya. Ps.




In te dñe speraui nõ cõfũdar in eternũ: in iusticia tua




libera me ⁊ eripe me. or. Adesto dñe supplicationibus nostris: et viam famuli tui N in salutis tue prosperitate dispone. vt inter omnes vie et vite huius varietates: tuo semp protegatur auxilio. Per dominũ. Lctõ lib. Genesis.

In diebus illis: Locut' est abrahã dicẽs. Dñs de' celi q̃ tulit me de domo pr̃is mei/et de terra natiuitatis mee; qui locut' est michi et iurauit dicẽs. Semini tuo dabo trã hãc: ipse mittet ãgelũ suũ corã te. gr.






Esto michi in de-




um prote cto rem et in lo cũ




re fu gi i vt saluum me



fa cias. v. Deus in te



speraui domine nõ cõfun-















Si in tp̄e paschali cōtigerit. tunc erit scdm Allā. vnū ex sequentibus.







vel Alleluya. Surrexit altissimus. vel Allā. Christus mortuus est. vt in graduali. Euāge. Secūdū matheū.

In illo tpe: Di. ie. di. s. Eūtes pdicate dicētes: qr appropiquabit regnū celorum. Infirmos curate/ mortuos suscitate/leprosos mūdate/demones eiicite: gratis accepistis/gratis date. Nolite possidere aurū/ neqz argētū: in zonis vris. Nō perā/nō calciamēta: neqz duas tunicas hēatis/neqz virgā. Dign⁹ est operarius mercede sua. In quācūqz aūt ciuitatē aut castellū itraueritis: iterrogate q̇s in ea dign⁹ sit. Et ibi manete: donec exeatis. Intrātes autē domū: salutate eam dicētes. Pax huic domui. Et si q̇dē illa dom⁹ fuerit digna: ueniat pax vra sup eā. Si aūt nō fuerit domus digna: pax vra sup vos reuertet. Et q̇cūqz nō recepit vos nec audierit sermōes vros: exeūtes de domo vel de ciuitate/ excutite puluerē de pedibus vestris sup eā. Amen dico

vobis: tolerabilius erit terre sodomorum et gomorreorum in die iudicij quam illi ciuitati. Offer. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine quoniam non derelinquis querentes te psallite domino qui habitat in syon quoniam non est oblitus orationem pauperum. Tpe pasc. Alleluya.

Hic offerant peregrini. Secr.

Propiciare quesumus domine supplicationibus nostris et has oblationes quas tibi offerimus pro famulis tuis benignus assume: vt viam illorum precedente gratia tua dirigas: et subsequente comitari digneris: vt de actu atque incolumitate eorum secundum misericordie tue presidia gaudeamus. Per dominum nostrum.

Communio. Tu mandasti mandata tua custodi-



ri nimis vtinã dirigãtur vie mee ad custodi-



en das iusti fi ca tio nes tuas: tpe pasc. Alle-



luya alle luya.

SUmpta q̃s dñe. Postcõ celestis mysterii sacramẽta ad pſperitatẽ itineris famuli tui pficiãt: et eũ ad salutaria cũcta pducãt. Per do. Post missã dicat sacerd. has orões sequẽtes sup peregrinos corã altari pſtratos: siue pfecturi sint hierusalẽ siue ad sãctũ iacobũ siue ad aliam peregrinationẽ. cũ Dñs vo: et cũ Oremus. or

DEus īfinite mīe et maiestatꝭ imẽse quẽ nec spacia locoꝝ nec iterualla tẽpoꝝ ab his quos tueris abiũgũt: respice adesto famulis tuis et pſta: vt in te vbiqꝫ cõfidẽtibꝰ: et per oẽm quã ituri sũt viã dux eis et comes esse dignare: nichil illis aduersitatis noceat. nichil difficultatis obsistat. cũcta eis sint salubria/ cuncta sint pſpera. vt sub ope mīe tue q̃cq̃d iuste petierit desyderio celeri et pſpero cõsequãt effectu. p. Oremꝰ.

OMps deus qui est via veritas et vita iter tuum in bñplacito suo disponat: angelũ suum raphaelem in hac peregrinatione tui custodẽ adhibeat: qui ad loca desyderata cum pace eundo te perducat: et cũ salute iterum te ad nos redeundo reducat. Sit interuẽtrix tui btã dei genitrix maria cũ vniuersis angelis et archangelis patriarchis quoqꝫ et pphetis: sint intercessores tui sãcti apli petrus et paulus cũ ceteris aplis

martyribus/cōfessoribus atq3 virginibus. obtineāt q3 tibi sancti quo℞ queris vestigia cum oībus sanctis iusta desyderia et prosperitatē remissionē q3 omniū delictorum ac vitam eternam. Per dominū nostrum. Deinde cōmunicētur. et ita recedant in nomine dñi.

¶ Bñdictio ensis noui militis fiat hoc modo iterum genuflectēte ipo milite corā altari. Primo dicat sacerdos sine nota. Domin⁹ vobiscū. et Oremus. Oratio.

DEus cuncto℞ in te sperantiū protector: adesto supplicationib⁹ nr̄is: et cōcede huic famulo tuo qui sincero corde gladio se primo nititur pcingere militari. vt in oībus galea tue virtutis sit protectus: et sicut dauid et iudith cōtra gētis sue hostis fortitudinis potentiā victoriā tribuisti: ita tuo auxilio munit⁹ contra hostiū suo℞ seuiciā victor vbiq3 existat: et ad sancte ecclie tutelā proficiat. Per xp̄m Alia or℞. cum Orem⁹

DEus qui trinos gradus hostiū post lapsū ade in toto orbe terra℞ cōstituisti quo plebs tua fidelis immunis ab omī ipetu nequicie secura et quieta permaneret. adesto supplicationibus nostris et hūc ensē quē inuocatione tui sctissimi nois bñdicimus: bñ ✠ dicere dignare vt famulus tuus cui eū te largiētē cōcedimus ac accingimus sic eo vtatur. Hic succingat sacer. militē cū ense. quaten⁹ et hostes ecclie insidiātes reprimat: et seipm ab omni inimico tua protectione potēter defēdat. Per christū. Deinde aspergat sacer. militē ense succinctū aqua bñdicta: et recedat miles in noie dñi

¶ Bñdictio carniū in die pasche cū Dñs vo. et Ore⁹.

DEus celi terreq3 dominator qui das escam omni carni et iples omne animal bñdictione: bñ ✠ dic et sancti ✠ fica hāc creaturā carnis et nobis dona tua sumētibus anime et corporis sanitatē cōcedas

Per xp̄m dn̄m nostrū. Alia oꝛ. cū Oꝛemus. Oratio.
DEus qui vniuerse carnis es cōditoꝛ: qui noe et filijs suis de mūdi et imūdis aīabus p̄cepta dedisti quiqꝫ sicut olera herbaꝝ humano generi quadrupedia mūda edere pmisisti/ et qui agnū in egypto moysi et populo tuo in vigilia pasche comedere p̄cepisti in figura agni dn̄i nostri iesu xp̄i cuius sanguine omnia primogenita tibi de mūdo redemisti ꝗ nocte illa om̄e primogenitū in egypto percutere p̄cepisti seruās populū tuū agni sāguine p̄notatū dignare dn̄e deus oīps bn̄✠dicere ꝗ scti✠ficare has carnes vt quicūqꝫ ex populo tuo fideli ex illis comederit: oī bn̄dictione celesti et gr̄a tua saturati repleantur in bonitate: per quē hec oīa dn̄e cōdita sunt et ab initio creata: saluatoꝛ mūdi. Qui viuis ꝗ regnas cū deo pa. ꝛc. Hic aspgat aqua bn̄d super carnes. ¶Bn̄dictio carnis/ casei/ butyri/ ouoꝝ/ siue pastilloꝝ in pascha. cū Dn̄s vo. et Oꝛemus. Orō
DOmine deus oīps qui fecisti et creasti cūcta virtutibus tue largitatꝫ alimoniā humanūqꝫ genus sp̄ualibusqꝫ escis ac poculis tuoꝝ p̄ceptoꝝ terrenisqꝫ substantijs tuoꝝ donoꝝ indesinēter reficis: te oīpotentē deum obnixe petimꝰ: vt hec dona tua carnis casei/ butyri vel ouoꝝ siue cuiuscunqꝫ alterius cibi que tu ip̄e creasti et nobis donasti ppetua claraqꝫ benignitate sanctificare ac bn̄✠dicere digneris: vescētibusqꝫ ex eis largam tue bn̄dictionis sanitatē in viscéribꝰ eorum clemēter collata: et p̄ntis vite sospitatē et future beatitudinē misericoꝛditer indulge. Per do. Deinde aspergat sacerdos aquā bn̄dictā. ¶Benedictio nouorum fructuū quoꝛūcunqꝫ cū Dn̄s vobiscū. et Oꝛemꝰ.
DOmine sancte pater omnipotens eterne deus qui benedixisti quinqꝫ panes in deserto et duos

pisces vnde saturati sūt quinq₃ milia hoim: sic bñ ✠ di
cere et sāctificare digneris hūc fructū quē accipiam⁹
in tuo sctō noīe et filij tui dñi nostri iesu christi: vt qui
sūpserint ab eo accipiāt saturitatē mētis/protectionē
corporis/tutelā salutis/et securitatē spei/corroboza=
tionē fidei/et eternitatē spūsscti. Per eūdē dn̄. In vni.
eiusdē. Hic aspgatur aqua bñdicta. ₰c. ¶ Bñdictio ad
oīa quecūq₃ volueris. cū Dñs vobi. et Oremus. Oro.

CReator et cōseruator hūani generis dator grē
spūalis largitor eterne salutis tu dñe mitte spi
ritū sanctū tuū super hāc creaturā N. vt armata vir
tute celestis defensionis quicūq₃ ex ea gustauerint pro
ficiat illis ad salutē: et tam corporis q̄ anime recipiāt
sanitatē. Per d. Hic aspergatur aqua bñdicta super ea.
¶ Bñdictio seminis. cū Dñs vo. et Oremus. Oro.

OMps sempiterne deus creator generis hūani
suppliciter tuā clemētiā exoram⁹. vt hoc semē
quod ī tuo sctō noīe serēdi sum⁹ in agros nr̄os: celesti
bñdictione bñ ✠ dicere et multiplicare digneris: atq₃
ad maturitatē pducere. vt per vniuersū orbē terrarū
collaudetur dextera tua. Per do. Deinde aspergatur
aqua bñdicta super semen. ¶ Benedictio pomorū in
die sancti iacobi. cum Dñs vobi. et Oremus. Oro.

DOmine sancte pater oṗs eterne deus/qui ad ī
firmi mūdi ornatū die tercia lignū pomiferū
facere fructū in principio p̄cepisti: quiq₃ amarū vetiti
pomi saporē antiqui serpētis suasu a patribus nostris
gustatū vnigeniti filij tui dñi nr̄i iesu xp̄i passione salu
tari non sentire posteros filios naturaliter voluisti a
quo sanitas et oīe medicamētū venit: quesum⁹ ine=
narrabilē pietatē tuam: vt hunc nouorū pomorū fru=
ctum tuo cōspectui oblatū: bñ ✠ dicere et sctifi ✠ care

dignetis: quatenus scti apostoli tui iacobi et martyris tui xpofori quorum hodie festa celebramus: omniumque sctorum tuorum meritis ac precib⁹ quicunque fideles tui cũ gratiarum actione ex eo gustauerint: sanitatẽ mẽtis et corporis operãte in eis spũsancto percipere mereantur. Per eũdẽ. dominũ. In vnitate eiusdem spũsancti deus. etc. Itẽ benedictio pomorum cum Dñs vobiscũ. et Oremus. oratio.

Te deprecamur oĩps de⁹ vt bene ✠ dicas hũc fructũ nouorum pomorũ: vt qui esu arboris letalis et pomo i primo parẽte iusta funeris sentẽcia multati sum⁹ p illustrationẽ vnici filii tui redẽptoris dei ac dñi nostri iesu xpi et spũsancti bñdictiõe sctificata sint oia atque bñdicta. depulsisque primi facinoris itẽtatoris insidiis salubrit ex hui⁹ diei ãniuersariis solẽnitate diuersis terris edẽdis germinib⁹ sumamus. Per eũdẽ dñm In vnitate eiusd. Deĩde sacerd. aspgat ea aqua bñdicta

¶ Bñdictio elemosine cũ Dñs vobiscũ. et Oremus. oratio

Deprecor te dñe sctẽ pat oĩps eterne de⁹: vt istã elemosinã bñ ✠ dicere et sctificare digneris p aia famuli tui N. ad remediũ et remissionem pctõrũ suorũ: vt in luce tue amenitatis sine fine letetur. Per dñz

Deinde aspergat sacerdos sup eam aquã benedictam

¶ Bñdictio panis in dieb⁹ dñicis. Imprimis sacerd legat euangeliũ scdm iohannẽ In principio. et postea dicat ℣. Sit nomẽ dñi bñdictũ. Ex hoc nũc et vsque in seculũ. Deinde dicat sic Dñs vobiscũ. et Oremus. oratio.

Benedic ✠ dñe creaturã istã panis sicut bñdixisti qnque panes in deserto: vt oẽs ex eo gustãtes tã corporis ꝙ aie accipiãt sanitatẽ. In noie pris et filii et spũscti. Tũc aspgatur aqua bñd sup panẽ et distribuat

¶ Bñdictio scuti et baculi ad duellũ faciendũ. Imprimis dicat sacerdos pstrat⁹ ante altare pces sequeñ. cũ

Gloria patri. Pugnaturo interim genuflectēte retro sacerdotē.ps. Deus in adiutoriū. ut in visitatōe infirmorum. Bñdicā dñm. Judica dñe nocētes. Qui habitat vt in officio peregrinorum. ps. Quicunq3 vult. an. Ne reminiscaris dñe. &c. Kyriel. Xpe el. Kyriel. Pater nr̄ Et ne nos. Sed libera. Dñe non scdm peccata nr̄a facias nobis. Neq3 scdm iniquitates nostras retribuas nobis. Dñe ne memineris iniquitatū nostrarum antiquarum. Cito anticipēt nos mīe tue q2 pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris nr̄. Et propter gloriā nomis tui libera nos et propicius esto peccatis nostris propter nomē tuum. Saluū fac seruū tuum. Deus meus sperantē in te. Mitte ei dñe auxilium de sancto. Et de syon tuere eum. Esto ei dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Conuertere dñe vsq3 quo. Et deprecabilis esto super seruū tuū. Dñe exaudi orationē meā. Et clamor. Dñs vo. Orem⁹. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus q̄ mūdū ex informi materia fecisti: et vnicū filiū tibi coeternū pro generis humani redēptione spūsancto cooperante incarnari atq3 de hoste antiquo triūphare fecisti: te supplicit petim⁹. vt hoc scutū atq3 baculū istū dextera potētie tue bn✠dicere digneris: vt sint arma inuincibilia. respice atq3 triūphare potētia/te adminiculāte victricia: quatenus quicūq3 his armis pugnauerit: tua protectione munitus tam corporis q̄ aīe salutē pcipiat atq3 victoriosū de hoste reportās tropheū bello pacto: tibi creatori oim grās referat cū filio tuo dño nr̄o iesu christo: qui tecū et cū eodē spū scto vi. &c. d. Per oīa. Hic aspgat sacer. scutū et baculū aqua bñdicta: deīde resurgēte pugnaturo: tradat ei sacerd. scutū dicēdo. Accipe hoc scutum ad corporis tui protectionē. In noīe patris. &c.

Item dicat sacerdos Protegat te christus filius dei viui Amen. Deinde tradat ei sacerdos baculū dicēs. Accipe hūc baculū ad hoc duellū pparatū: cū quo valeas tibi rebellantē prosternere et insurgentē cōterere: habeasqȝ victoriā. In noīe pris. ꝛc. Deinde tenēs pugnaturus scutū et baculū iterū genuflectat corā altari: dicente super eū sacerdote Dn̄s vobi. et Oremus. Or.

Confortator et corroborator sustentamētum qȝ tuorꝫ fideliū adonay indeficiēs interminabilis/ienarrabilis pater eterne deus qui gētes magnas et reges fortes corā pplo tuo israel destruxisti ꝛ vicisti: quiqȝ puero tuo dauid de gygāte te blasphemāte atqȝ in sua virtute cōfidente triūphare cōcessisti: te supplices exoramꝰ. vt hūc famulū tuū N. in te cōfidentē: benedicere/adiuuare/ptegere/cōfortare et cōseruare: atqȝ sanctorꝫ tuorū angelorꝫ presidio eū vallare digneris. Pſta ei dn̄e fidē rectā/spem firmā/cordis fiduciā/corporis fortitudinē/oīmqȝ mēbrorꝫ valitudinē quatenꝰ te adiuuāte hostē prosternere atqȝ victoriā capescere mereatur: tibiqȝ soli deo oīpotenti bello triūphaliter peracto gratias et laudes referat. Per xp̄m do. nr̄m.

Deinde sacerdos dans ei bn̄dictionē dicat hoc modo.

Confortare et esto robustus: spera in dn̄o et fac bonitatē et noli obliuisci oēs retributiōes eiꝰ. Ipse det tibi vitā et victoriā ꝛ bn̄di✠ctionē in sclm scli amē. Bn̄✠dicat te deus pr̄. amē. Custodiat te iesus christus: amen. Confortet te spiritussanctus. amen. Prestet tibi victoriam trinus et vnus deus. Qui viuit et regnat per omnia secula seculorꝫ. Amen. Deide aspergat sacerdos eum aqua bn̄dicta: et ita recedāt in nomine dn̄i.

¶ Bn̄dictio oculorꝫ infirmorꝫ: potest fieri in hunc modū si necessitas iducat et deuotio alicuꝰ

illam deposcat. Imprimis genuflectat infirm⁹ corā altare: deinde dicat sacerd. Dn̄s vobi. et Oremus. Oro

DOmine iesu xp̄e qui apuisti oculos ceci nati: serena hui⁹ famuli tui oculos dās in eis visū perspicacē sufficientē ydoneū cōpetentē in obsequiū tuū per virtutē huius sacramēti et per hoc signū sctē crucis tue. Hic signet sacerd. oculos infirmi signo sancte crucis cū corporalibus et cū eisdem vētulet in oculis eius dicens. In nōie patris et filii et spū s̄acti. Amen.

¶ Benedictio nauis. cū Dn̄s vobiscū. et Orem⁹. Or

DEus cuius prouidētia vniuersa regūtur et conseruātur: q̄ dn̄aris potestatis maris ꝛ mitigas motū fluctuū eius qui noe famulo tuo ne gen⁹ hūanū totū periret in diluuio archam facere p̄cepisti: qui vētis et tēpestatibus imperas et obediūt: qui petrū sup aquas marꝫ ābulantē ne mergeret erexisti: tuā dn̄e clementiā obnixe petim⁹ et hūiliter imploramus: quatenus hāc nauiculā per virtutē sctē crucis ꝛ p intercessionem btē et g̃liose marie sp virginis ꝛ oim sctōꝝ tuorū tua dextera digneris bene ✠ dicere oēsq; isidias hostium visibiliū et inuisibiliū ab ea repelle: vt in ea sub tua protectiōe nauigātes: nullis illudant fantasmatibus nullis deiiciātur aduersis/ nō eos vorago terribilis sorbeat non tēpestas ipellat/ non frāgat scopulus/ nō inuadat aduersari⁹: sed vniuersis expedita terrorib⁹: nomen tuū collaudātes ad ppria cū gaudio reuerti mereātur. Per te saluator mūdi qui cū deo patre et spū sācto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorū. Amen. Deinde aspergatur nauis aqua benedicta.

¶ Oi die per annū de quocūq; fiat seruitiū nisi in diebus veneris ꝛ quando ieiuniū est p̄ceptū vt in vigiliis quattuor tēporib⁹ et ferialib⁹ diebus infra quadrageſi

et nisi per ebdomadã pasche: dicãtur bñdictiões ante prandiũ hoc modo. Imprimis dicat sacer. Bñdicite ℞. Dñs. ps. Oculi oĩm in te sperãt dñe: et tu das escã illoꝝ in tpe opportuno. Aperis tu manũ tuã: et imples omne animal benedictione. Glia patri. Sicut erat. Kyrie el. xpe el. kyrie el. Pater nr̃. Deinde di. sacerd. Et ne nos iducas in tentationẽ. ℞. Sed libera nos a malo. Sacerd. Oremus. Bñ ✠ dic dñe nos et dona tua que de tua largitate sumus sũpturi. Per christum dominũ nostrũ. ℞. Amẽ. Lector. Jube dñe bñdicere. Sacerdos. Mense celestis participes faciat nos rex eterne glie. Amẽ. Lector. Deus charitas est: qui manet in caritate in deo manet et deus in eo: et sit deus i nobis et nos maneamus in ipso. ℞. Amen. Hec predicta lectio nõ mutatur per totũ annũ qñ predicte bñdictiones dici debent ante prandiũ: nisi in dñicis paschalis temporis tantũ. tunc enim dicatur sequens lectio Expurgate vetus fermentũ vt sitis noua cõspersio sicut estis azimi: etenim pascha nostrũ imolatus est christus: itaqꝫ epulemur in dño. Deinde post prãdiũ dicat sacer. hoc mõ. Deus pacis et dilectiõis maneat semper nobiscũ: tu autẽ dñe miserere nostri. ℞. Deo gratias. ps. Confiteãtur tibi domine omnia opera tua: et sancti tui benedicant tibi. Glia pri. Sicut erat. Deinde dicat sacerdos capitulũ. Agimꝰ tibi gratias rex omnipotens deus pro vniuersis bñficijs tuis: qui viuis et regnas deus. per omnia secula seculoꝝ. Amẽ. Deinde dicatur sequens psalmus sacerdote incipiẽte Laudate dñm oẽs gentes: laudate eum oẽs populi. Quoniã confirmata est super nos misericordia eiꝰ: et veritas domini manet in eternum. Gloria pri. Sicut erat. Kyrie eley. Christe el. kyrie el. Pater nr̃. Et

ne nos. Sed libera. Dispersit dedit pauperibus. Iusticia ei⁹ manet in seculū seculi. Bñdicā dñm in oī tpe Sēper laus eius in ore meo. In dño laudabitur aīa mea. Audiant mãsueti et letentur. Magnificate dñm mecū. Et exaltemus nomē eius in idipm. Sit nomē dñi bñdictū. Ex hoc nūc et vsq̄ in sclm. Deinde dicat sacerd. sine oremus. Retribuere dignare dñe deus oībus nobis bona faciētib⁹ propter nomē sanctū tuum vitam eternā. Amen. Bñdicam⁹ dño. Deo gratias. Deinde dicatur de sancta maria aliqua antiphona ad placitū cū vsiculo et orōe de eadē que magis tēpori cōueniāt: quibus dictis dicatur pro fidelibus defūctis ps.

De profūdis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. Fiant aures tue intendētes: in vocē deprecatiōis mee. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit. Quia apud te propiciatio est: et propter legē tuā sustinui te dñe. Sustinuit aīa mea in verbo eius: spauit aīa mea in dño. A custodia matutina vsq̄ ad noctē: spet israel in dño. Quia apud dñm mia: et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Finito ps non dicatur Glia patri. sed statī sequatur Kyrie el. xpe el. kyrie el. Pater nr̄. Et ne nos. Sed li. Requiē eternā. Et lux ppetua. A porta inferi. Erue dñe. Credo videre. In terra viuentiū. Dñs vo. Et cū spū tuo. Oremus. Or.

Absolue q̄s dñe aīas famulorū famularūq̄ tuarum parētū parrochianorū amicorū et benefactorū nostrorū et oīm fidelium defunctorū: vt in resurrectionis gloria inter sāctos et electos tuos resuscitati respirēt. Per xp̄m dñm nostrū. Amē. Requiescāt in pace. Amē. Deinde dicat sacer. Bñdicite. R. Dominus. Sacer. Det viuis grām / defunctis miam / ecclesie et

regno pacē: et nobis vitā eternā. Amē. Et dicatur ps. De profundis. in fine gratiarum post prandium omni die per annum de quocunque fiat seruitium: nisi in duplicibus festis principalibus. Ante cenam vero per totum annū fiant bñdictiones hoc mō sacerdote dicēte Bñdicite. ℟. Dñs. Cenā scilicet qui nobis oīa pbet: In nomine pa ✠ tris et filij et spiritussancti. Amen. Deinde post cenā per totum annū nisi per ebdomadā pasche dicat sacerdos hoc mō. Bñdictus de' in donis suis. ℟. Et sanctus in oībus operibus suis. Adiutorium nostrū in nomine dñi. Qui fecit celum et terram Sit nomē dñi benedictū. Ex hoc nūc et vsque in seculū Sequatur or lune Oremus. sic Retribuere dignare. cum antiphona de sancta maria vt s̄ post prandium. Nunque enī dicatur ps De profūdis. post cenam scdm vsum Sar. Quādocunque fuerit qz ieiuniū est pceptū. vt in vigilijs quattuor tēporibus et in oībus ferialib' diebus infra quadragesimā: de quocūque fiat seruitiū/ dñicis diebus tantū exceptis/ac in oī die veneris per annū quodcūque festum duplex vel simplex ibidē contigerit: nisi in die natalis dñi et per ebdomadā pasche: dicantur benedictiones ante prandium hoc modo. Benedicite. ℟. Dominus. Edēt pauperes et saturabuntur et laudabūt dominū qui requirūt eum: viuēt corda eorum in seculū seculi. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleysō. Xpe el. kyrie el. Pater noster. Et ne nos Sed libera. Oremus. Benedic domine nos. vt supra Iube domine benedicere. Sacerdos. Cibo spiritualis alimonie reficiat nos rex eterne glorie. Amen. lectio. Gratia dñi nostri iesu christi & charitas dei et cōmunicatio sancti spūs sit semp cum omnibus nobis. Amē. Hec pdicta lctō non mutatur per totū annū quādo iste

benedictiões dici debēt ante prandiū: nisi in ferialibus diebus infra quadragesimā: tūc eni dicatur hec lectio.

Frange esurienti panē tuū: et egenos vagosq; induc in domū tuā. Cū videris nudū operi eū: et carnē tuam ne despexeris. Ait dñs: ops. Sed i vigilia pasc. dr hec lcō

Si cōsurrexistis cum christo que sursū sunt querite: vbi christus est in dextera dei sedens. Deinde post prandiū dicat sacerdos hoc modo. Deus pacis et dilectionis. vts. ps. Memoriā fecit mirabiliū suorum misericors et miserator dominus escam dedit timētibus se. Gloria patri. Sicut erat. Cpm. Agimus tibi gratias rex ops. ps. Laudate dñm oēs gentes. Qm̄ cōfirmata est. vts Iste ps pdictus nō mutat per totū annū nisi in ferialibus dieb9 infra xl. tūc eni loco ei9 dicitur ps. Miserere. i9. per totā quadragesimā de quocūq; fit seruitiū. et ratio: quia huiusmodi benedictiones sunt de natura tēporalis et nō sanctorum. deinde fiant vt supra post prandium in alio tēpore. Tamē in vigilia pasche nō dr ps Miserere: sed ps. Laudate dñm oēs gentes. quo dicto dicat sacerdos Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

Spiritum nobis domine tue charitatis infunde: vt quos sacramētis paschalibus satiasti: tua facias pietate concordes. Per eundem dominū nostrū iesum christū filium tuū. Qui tecū viuit et regnat in vnitate eiusdem spūsancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Benedicamus dño. Deo grās. In die pasche et p totam ebdo. fiant bñdictiones ante prandiū hoc modo.

Benedicite. Dñs. Hec dies quā fecit dñs exultemus et letemur in ea. Gloria patri. Kyrie eleysō. Christe eleyson. Kyrie eleysō. Pater noster. Et ne nos. Sed libera Oremus. Benedic domine nos. Iube dñe benedicere

Mense celestis. lctō. Expurgate vetus fermentū. vtš Deinde post prandiū dicat sacerdos hoc mō. Qui dat escā omni carni cōfitemini deo celi: tu aūt dn̄e miserere nostri. Deo grās. ps. Laudate dn̄m oēs gētes. Mi re nostri. Deo grās. ps. Laudate dn̄m oēs gētes. Alia cōfirmata. Glia patri. Sicut erat. ℣. In resurrectiōe tua xp̄e. ℟. Celi et terra letētur allā. Dn̄s vo. Orem⁹. Spiritū nobis. vtš. Bn̄dicamus dn̄o. Deo gratias. ante cenā fiāt bn̄dictiōes vtš. deinde post cenam dicat hoc mō. Hec dies quā fecit dn̄s. ℣. In resurrectione tua xp̄e. ℟. Celi et terra. Dn̄s vobiscū. Orem⁹. Spiritum nobis dn̄e. vtš. Bn̄dicam⁹ dn̄o. Deo gratias.

Qualiter hi qui ad ordinē anachoritar̄ accedūt: accedere siue se habere debeāt sequentia scd̄m vsum Sar̄ declarabūt. Non oportet queq̄ inclusum fieri sine epi ꝯsultu. ab epo aut aliquo alio pbr̄o erudiatur ac moneat. quaten⁹ ip̄e deuot⁹ cōscientiā suā scrutetur/ac videlʒ vtrū bona intētione aut mala sanctitatem appetit: si deo placere aut lucrum siue laudē humanā acq̄rere affectat. deniq̄ an vires ei an cōstantia mētis suppetāt cōtra maligni hostis versutias. et cōtra huius mūdi innumerabiles molestias. Que cū se pro regno dei toleraturū et in deo solo spem positurū promiserit includat eū ep̄s aut pbr̄ iussu epi. Ip̄e vero iclusus discat nō sup̄be sapere quoniā meruit a frequētia hoīm separari. sed ifirmitati sue potius credat esse prouisū siue cōsultū q̄ elōgatus est a ꝯsortio proximorū. ne crebrius peccādo ac se pditionē incipādo: cohabitātes cōtaminaret: et ob hoc in dānationē grauiorē incideret. Reputet ergo se inclusus quasi petis dānatum et celle solitarie velut carceri traditū: et propter infirmitatem propriā hominū consortio indignum.

¶ Hec regula in vtroq̄ sexu seruetur.


¶ Incipit ordo famulos vel famulas dei includendi. Imprimis prouideat sibi qui includendus est quod de omnibus pctis suis que memorie occurrere possint sit confessus et quod in die diei inclusionis pcedente pane et aqua tantum reficiat. In nocte vero sequente in monasterio iclusorio suo vicino cum cereo suo accenso deuote in orationibus vigilare tenetur. In crastino facta exhortatione ad pplm et ad eum qui includendus est: eps vel sacerdos incipiat hoc R.



Emendemus. Ch. pse. qt in me li us que igno-




ran ter pec caui mus ne subito preoccupa-




ti die mortis queramus spaci um penitentie et



inuenire non possi mus. Attende domi ne et



misere re quia pecca uimus ti-



bi. V. Ad iuua nos deus salutaris no ster et propter



gloriã nominis tui domine libe ra nos. Attẽ.
Postea prosternens se eṗs vel sacerdos sup tapetum:
ante altare cũ clericis incipiat hos p̃os. Dñe ne in fu-
rore. i. Domine dominus noster. cũ Gloria patri. p̃s.
Exaudiat te dñs in die tribulationis: protegat te
nomẽ dei iacob. Mittat tibi auxiliũ de sãcto: et
de syon tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui: et
olocaustũ tuũ pingue fiat. Tribuat tibi scd̃m cor tuũ:
et om̃e consiliũ tuũ cõfirmet. Letabimur in salutari
tuo: ⁊ i noie dei nr̃i magnificabimur. Impleat dñs õs
petitiones tuas: nũc cognoui qm̃ saluũ fecit dñs xp̃m
suũ. Exaudiat illũ de celo sctõ suo: in potẽtatibus sa-
lus dextere ei⁹. Hi in curribus et hi in equis: nos autẽ
in noie dei nostri iuocabimus. Ipsi obligati sũt et ce-
ciderũt: nos aũt surreximus et erecti sum⁹. Dñe sal-
uum fac regẽ: ⁊ exaudi nos in die qua inuocauerim⁹ te
Glia prĩ. p̃s. Beati quor. p̃s. Iudica dñe nocentes
me: expugna. p̃s. Dñe ne in furore. ii. p̃. Beatus qui
intelligit. p̃s. Iudica me deus ⁊ discerne. p̃s. Misere
re mei de⁹ scd̃m. p̃s. Dñe exaudi orõem meam. i. p̃s.
Benedic aĩa mea dño: et oĩa que intra me sũt no
esse frater: ita de mysterio trinitatis sentias. Deinde exprimat ei sacerdos alios vij. articulos ad christi hūanitatē pertinētes hoc modo. Similiter frater charissime necessarium est ad eternā salutē vt credas et confitearis dn̄i nostri iesu christi incarnationē seu verā carnis assūptionē per spm̄ sanctū ex sola virgine gl'iosa. ij Verā incarnati dei natiuitatē ex virgine icorrupta. iij Verā christi passionē et mortē sub tyrānidē pylati. iiij. Verā xp̄i dei descensionē ad inferos in aīa ad spoliationem tartari quiescēte corpore christi in sepulchro. v. Veram christi dei tercia die a morte resurrectionē. vi. Verā ipsius ad celos ascensionē. vij. Ipsius venturi ad iudiciū certissimā expectationē. Hec est fides catholica frater quā nisi fideliter firmiterq̧ credideris sicut sācta mr̄ ecclia credit: saluus esse nō poteris. Et si infirmus laicus vel simpliciter lr̄atus fuerit: tūc potest sacerdos articulos fidei in gn̄ali ab eo inquirere sub hac forma. Charissime frater: credis patrē et filiū et spm̄ sanctū esse tres personas et vnū deum et ipam bn̄dictam atq̧ indiuisibilē trinitatē creasse oīa creata visibilia et inuisibilia: et solū filiū de spiritu sancto conceptum incarnatum fuisse ex maria virgine: passum et mortuū pro nobis in cruce sub poncio pylato: et sepultū descendisse ad inferna: die tercia resurrexisse a mortuis: ad celos ascendisse. Iterum venturū ad iudicandum viuos et mortuos. omnesq̧ hoies tunc in corpore et aīa resurrecturos/bona et mala scd̄m merita sua recepturos et remissionē peccatorum per sacramētorum ecclesie perceptionē: et sanctorū cōmunionē. id est omnes homines in caritate existentes esse participes omnium bonorū gratieque fiunt in ecclia et omnes qui cōmunicāt cum istis hic in gratia cōmunicare

cum eis in gloria. Deinde respōdeat infirmus. Credo
firmiter in omnibus sicut sancta mater credit eccl'ia:
protestando corā deo et omnibus sanctis continue
hoc esse meā verā et firmā intentionē quomodocūq;
aliquis spiritus malignus memoriā meā aliter forte
in futuro sollicitauerit pturbare. Deinde dicat sacerd.
Charissime frater quia sine charitate nichil proderit
tibi sola fides: testante apostolo qui dicit. Si habuero
omnē fidem ita vt mōtes transferā/charitatē autem
non habuero/nichil sum: et ideo oportet te diligere do
minū deum tuum super omnia ex toto corde tuo et ex
tota anima tua: et proximū tuum propter deum sicut
teipsū. nā sine huiusmodi charitate nulla fides valet.
Exerce ergo charitatis opera dum vales: & si multum
tibi affuerit abundanter tribue: si autē exiguum/illud
impertiri stude/et ante omnia si quem iniuste leseris/
satisfacias si valeas. sin autē: expedit vt ab eo veniā hu
militer postules/dimitte debitoribus tuis et illis qui
in te peccauerunt vt deus tibi dimittat/odientes te di
ligas pro malis bona retribuas: dimitte inquit saluator
et dimittetur vobis. Spem etiam firmā et bonā fidu
ciam frater oportet te habere in deo et in misericordia
sua: et si occurrerit cogitatui tuo multitudo peccatoꝝ
tuoꝝ: dole/sed nullo modo desperes: imo cogita quo-
niam testatur scriptura. Misericordia eius super om-
nia opera eius: & illi soli propriū est semper misereri et
parcere: & secundū altitudinē celi a terra corroborauit
misericordiā suam super timentes se. Spera igitur in
deo et fac bonitatē quoniam sperantē in domino mise
sericordia circundabit: et qui sperant in domino habe-
bunt fortitudinem et assument pennas vt aquile vola
bunt et non deficiēt: volabūt enī a tenebris ad lumē: a

carcere ad regnum: a miseria presenti ad gloriā sempiternā. Deinde stabilito sic infirmo in fide/charitate et spe dicat ei sacerdos. Charissime frater si velis ad visionē dei peruenire: oportet omnino q̄ sis mūdus in mente et purus in cōscientia. ait enī christus in euāgelio. Beati mūdo corde: quoniā ipsi deū videbūt. Si ergo vis mundū cor et conscientiā sanā habere peccata tua vniuersa confitere: oris enī cōfessio fit ad salutem. Ut ait apostolus. Et quia forte ante hoc aut per obliuionē: aut verecūdie cōfusionē aliqua peccata tua vel eorum circūstantias aggrauantes omisisti/trūcasti/abscōdisti/vel minus cōfessus fuisti: ideo iam resume abinitio et cōfitere/quoniā in proximo est vt viā vniuerse carnis ingressurus sis et tunc amplius confiteri non poteris: dic ergo vni peccata tua/vt deus coram multis milibus in die iudicij ea tegat. Si tu autē hic ea tegas et abscōdas: in omniū cōspectu ad tui cōfusionē in die iudicij denudabūtur. Recogita ergo oēs annos tuos in amaritudine aīe tue: et non sit tibi sollicitudo de aliqua creatura vel rebus mundanis: sed omnē sollicitudinē tuam proiice in deum/et noli esse imemor salutis anime tue/multum tēpus in vanū trāsegisti: nunc vna hora tibi forte tantum superest in hac vita/ et ideo hanc expende totaliter in vtilitatē et cōmodū anime tue. Surge frater de lacu miserie et de luto peccati per cōfessionē. Grandis enī tibi restat via. Surge ergo vt lotus lachrymis contritionis comedere valeas panem vite: hoc est sacramentum corporis christi qd̄ erit tibi in via hac qua gradieris robur et fulcimentum/et ambulabis per dei gratiam in fortitudine cibi illius vsq̧ ad montem dei: quod tibi concedat omniū fidelium redemptor dei filius iesus christus. Amen.

Deinde audita integra cōfessione infirmi et factis interrogationibus expedientibus iniūgat sacerdos infirmo ꝙ si quid iniuste alieni habuerit: vel si quē iniuste leserit seu dānificauerit: reddat et satisfaciat si valeat: sin autē veniā humiliter postulet: attamē nō iniūgat ei sacerdos aliquā penitentiam sed dicat ei benigniter hoc modo Frater tu tot et alia peccata cōmisisti: pro quibus si tu esses sanus talem penitentiā deberes agere vsqꝫ ad tale tēpus. Innotescēdo ei illam penitentiā in speciali. sed quia infirmus es et forte vita tua ad hoc peragendū extēdere non valebit: ideo iniungo tibi aliquam penitentiā: volo tamē ꝙ si forte discesseris: facias talē elemosynā vel ad minus iniungas amicis vel executoribus tuis ipsā facere ex parte tua pro ipsa penitētia. Assignādo ipsam elemosynā in speciali. Si autē conualueris: penitētiam quā tibi notificaui adimpleas/ vel iterum humiliter de nouo redeas ad cōfessionem/ vel michi vel alij qui tibi absolutionis beneficiū in hac parte de iure conferre valeat et debeat. Et concedo tibi ꝙ omnes indulgētie quorūcunqꝫ prelatorꝫ tibi concesse seu qualitercūqꝫ concedende: eorumqꝫ benedictiones/ oēs aque bn̄dicte aspersiones/ deuote pectoris tui tonsiones/ cordis tui cōtritiones/ ista cōfessio et omēs alie confessiones tue deuote/ omnia ieiunia/ abstinentie/ elemosyne/ vigilie/ discipline/ orationes ⁊ peregrinationes/ et oīa alia bona que fecisti vel facies: et oīa mala que pro deo siue iiuste sustinuisti vel sustinebis: passio saluatoris dn̄i nostri iesu christi/ meritaqꝫ btē et gloriose virginis marie et omniū aliorꝫ sanctorꝫ: necnon suffragia totius sancte ecclesie catholice: cedant tibi in remissionē istorum et omniū aliorum peccatorū tuorum/ in augmentationē meritorꝫ et consecutionē

premio℞ eterno℞. Amē. Deinde dicat sacer. hoc mō.
Misereatur tui omnipotēs deus et dimittat tibi omnia peccata tua: liberet te ab oī malo cōseruet et cōfirmet et ad vitā perducat eternā. Amē. Deīde absoluat sacerdos īfirmū ab oībus peccatis suis hoc mō dicens.
Dominus noster iesus christus pro sua magna pietate te absoluat: et ego auctoritate eiusdē dei et dñi nostri iesu christi ⁊ btō℞ apostolo℞ petri et pauli et auctoritate michi tradita absoluo te ab oībus peccatis his de quibus corde cōtritus ⁊ ore michi cōfessus es: et ab oībus aliis peccatis tuis de quibus si tue occurrerent meōrie cōfiteri velles: ⁊ sacramētis eccl'ie te restituo. In noīe patris et filii et spiritussancti. Amen.
¶ Notādū est q̄ licet sacerdos possit de facto absoluere infirmū in articulo mortis ab oībus peccatis suis: tamen si aliquis casus occurrat in cōfessione a quo ipse sacerdos cum alias de iure absoluere non posset: iniungēdum est infirmo q̄ cum conualuerit presentet se illi ad confitendū qui eum de iure vel cōsuetudine in hac parte absoluere debeat: recepturus eius mādata et satisfacturus. nam alias reincidit in eandē sententiam quā prius sustinuit. Si infirmus bullam habeat apostolicā de plenaria absolutione et remissione oīm peccato℞ suo℞ semel in articulo mortis concessā: tūc primo legat sacerdos effectū bulle: deinde ceteris peractis vt p̄dictum est fiat eius absolutio sub hac forma.
Dominꝰ nr̄ iesus xp̄s pro sua magna pietate te absoluat: et ego auctoritate eiusdē dei ⁊ dñi nr̄i iesu xp̄i et beato℞ apostolo℞ petri ⁊ pauli et dñi nostri dñi N. diuina puidētia sūmi pontificis et virtute grē tibi cōcesse et electionis qua me in tuum cōfessorē elegisti in hac parte michi cōmissa: absoluo te ab omnibus

peccatis tuis de quibus corde cõtritus et ore michi cõfessus es: et ab oĩbus alijs peccatis tuis de quibus si tue occurrerēt mēorie cõfiteri velles: ab omni fractione votorum/et ab omni omissione salutarium penarum sacramētaliter tibi iniunctarum: et ab omni trãsgressione diuinorũ mandatorũ tibiq; concedo plenã indulgentiã omniũ peccatorum tuorum inquãtũ claues ecclesie et ptãs dñi pape se extēdunt. Et si imiscendo te diuinis sic innodatus es aut vnq̃ fuisti q̃ aliquã notam irregularitatis contraxisti vel penã suspensionis interdicti seu excõmunicationis incurristi: eadem auctoritate tollo et ãmoueo tecumq; dispenso/et sacramentis ecclesie te restituo. In nomine patris et filij et spiritussancti. Amen. Deinde dicat sacerdos orationē sequentē cum Dominus vobiscum. et cum Oremus. Oratio

P Retende dñe huic famulo tuo dexterã celestis auxilij. vt te toto corde perquirat/et que digne postulat assequatur. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum. ℟. Amen. Sequatur Bene ✠ dictio dei patris oĩpotētis et filij et spiritus sancti super te descendat et maneat semper. Amen. Deinde osculetur crucem infirmus et sacerdotē et postea oēs alios per ordinē et iterum dicat secer. more solito. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

D Eus misericors deus clemēs: qui secundũ multitudinē miserationũ tuarum peccata penitentium deles et pteritorũ criminũ culpas venia remissionis euacuas: respice super hunc famulũ tuum N. sibi remissionē omniũ peccatorum suorum tota cordis cõtritione poscentē: renoua in eo piissime pater quicqd diabolica fraude violatũ est: et vnitati corporis ecclie tue mēbrũ ĩfirmũ pctõrum pcepta remissiõe restitue/miserere dñe

gemituũ eius miserere lachrymarũ/miserere tribulationũ atq; dolorum: et nõ habentẽ fiduciã nisi in tua mia ad sacramẽtũ recõsiliationis admitte. Per ꝛc. Oreꝰ. or
DA nobis q̃s dñe vt sicut publicani p̃cibus et confessione placatus es: ita et huic famulo tuo N. benignus aspira vt in cõfessione flebili permanẽs misericordiam tuam celeriter consequatur/sacrisq; altaribus restitutus: rursusq; diuino famulatui mancipetur. Per christũ dominũ nostrum. Amen. Absolutio.
ABsoluimus te N. vice bti petri aplõrum principis cui dñs potestatẽ ligãdi atq; soluẽdi dedit/ et quantũ ad te ptinet accusatio ⁊ ad nos remissio: sit tibi oñs deus vita et salus et oim pctõr tuorum pius indultor. Qui viuit ⁊ regnat cũ deo pa. ꝛc. Prius q̃ inligatur ifirmꝰ icipiat sacer. ãn. Saluator mũdi. Deĩde dicat ps.
IN te dñe speraui nõ cõfundar in eternũ: in iusticia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurem tuã: et salua me. Esto michi in deũ protectorẽ: et in locũ munitũ vt saluũ me facias Qm̃ firmamentũ meũ: et refugiũ meũ es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris: et de manu cõtra legẽ agẽtis et iniq̃ Quoniã tu es patiẽtia mea: domine spes mea a iuuẽtute mea. In te cõfirmatus sum ex vtero: de ventre matris mee tu es protector meus. In te cãtatio mea sẽper: tanq̃ prodigiũ meũ factus sum multis et tu adiutor fortis. Repleatur os meũ laude: vt cantẽ gloriã tuam tota die magnitudinẽ tuam. Ne piicias me in tp̃e senectutis: cũ defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerũt inimici mei mala michi: et q̃ custodiebãt aiam meã cõsiliũ fecerũt in vnũ. Dicẽtes deus dereliquit eũ persequimini et cõprehẽdite eũ: quia nõ est qui eripiat. Deus ne elongeris a me: deus meus in auxi-

lium meum respice. Confundantur et deficiant detra
hētes aīe mee: operiantur cōfusione et pudore q̄ querūt
mala michi. Ego autē semper sperabo: ⁊ adiiciā super
omnē laudē tuā. Os meū annūciabit iusticiā tuā: to
ta die salutare tuū. Quōniā nō cognoui litteraturā: itroi
bo in potētias domini: dn̄e memorabor iusticie tue so-
lius. Deus docuisti me a iuuētute mea: ⁊ vsq̄ nūc pnū-
ciabo mirabilia tua. Et vsq̄ i senectā et senium: deus
ne derelinquas me. Donec annunciē brachiū tuū: ge
nerationi oī que ventura est. Potentiā tuā et iusticiā
tuam deus vsq̄ i altissima que fecisti magnalia: deus q̄s
similis tibi? Quātas ostēdisti michi tribulatiōes mul
tas et malas: ⁊ cōuersus viuificasti me ⁊ de abyssis terre
iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificētiā tuā:
et conuersus cōsolatus es me. Nā et ego cōfitebor ti-
bi ī vasis psalmi veritatē tuā: deus psallā tibi in cytha-
ra sanctus israel. Exultabūt labia mea cum cantauero
tibi: et anima mea quā redemisti. Sed et lingua mea
tota die meditabitur iusticiam tuā: cū cōfusi et reueri-
ti fuerint qui querunt mala michi. Finito psalmo cū
Gloria pri. Sicut erat. tota dicat ān. Saluator mū-
di salua nos qui per crucem ⁊ sanguinē redemisti nos
auxiliare nobis te deprecamur deus noster. Tūc dicat
sacerdos Dominus vobiscū. et Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui per beatū iacobū apo
stolū tuū locutus es dicēs: infirmat q̄s in vobis
inducat presbyteros ecclie et orēt sup eū vngētes oleo
sancto in noīe dn̄i: et oratio fidei saluabit infirmū: et
alleuiabit eū dn̄s ⁊ si ī pctīs sit dimittentur ei: dignare
per manus nostras hūc famulū tuū N. īfirmū de oleo
sanctificato vngere ⁊ virtute benedictionis tue saluti
pristine restituere: vt qđ exterius p ministeriū nostrū

efficitur: hoc interius spūaliter tua diuina virtus ac iuisibiliter tua magnalia operētur. Per do. Tūc sacerdos accedēs ad infirmū īcipiat psal. sequē. quē chorus vel clericus totum psequatur. et sic fiat de ceteris psalmis sequē. ps

Usquequo dñe obliuiscer, me ī finē: vsquequo auertis faciē tuā a me. Quādiu ponā cōsilia in aīa mea: dolorem ī corde meo per diē. Usquequo exaltabit inimicus meus super me: respice et exaudi me dñe deus meus. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiā in morte: nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eū. Qui tribulāt me exultabūt si motus fuero: ego aūt in mīa tua speraui. Exultabit cor meū in salutari tuo cātabo dño qui bona tribuit michi: et psallam nomini dñi altissimi. Gloria patri. Dū dr predi. ps. a choro vel a clerico: accipiat iteri sacerdos oleū infirmorum sup pollicē dextrū: et sic cū illo pollice tangat infirmū cum oleo signum crucis faciens super vtrūque oculū incipiēdo ad dextrum oculum: et dicat sacerdos hoc modo.

Per istā vnctionē et suā piissimā mīam īdulgeat tibi dñs quicquid peccasti p visū. R. amē. Sequat ps

Exaltabo te dñe qm suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Domine deus meus clamaui ad te et sanasti me. Domine eduxisti ab iferno animam meā: saluasti me a descendētibus in lacū. Psallite dño sancti eius: et cōfitemini memorie scītatis eius. Quoniam ira in indignatione eius: et vita ī volūtate eius. Ad vesperum demorabitur fletus: et ad matutinum leticia. Ego aūt dixi in abundantia mea: nō mouebor in eternū. Domine in voluntate tua: prestitisti decori meo virtutē. Auertisti faciem tuā a me: et factus sum cōturbatus. Ad te dñe clamabo: et ad deum meum deprecabor. Que vtilitas in sanguine meo: dū

descēdo in corruptionē: Nūqd confitebitur tibi pul-
uis aut annūciabit veritatem tuā: Audiuit dñs et mi
sertus est mei: dñs factus est adiutor me⁹. Cōuertisti
planctū meū in gaudiū michi: cōcidisti saccū meū ꝛ cir
cundedisti me leticia. Ut cantet tibi glia mea et nō cō-
pungar: dñe deus meus in eternum confitebor tibi.
Glia pri et filio et spiritui sctō. Deīde sup nares dicēs.

Per istā vnctionē ꝛ suā piissimā mīam indulgeat
tibi dñs qcqd peccasti p auditū. R. Amē. sequat ps.

Iudica me deus et discerne causam meā de gēte
nō sctā: ab hoīe iniquo ꝛ doloso erue me. Quia tu
es de⁹ fortitudo mea: quare me repulisti ꝛ quare tristis
incedo dū affligit me inimicus. Emitte lucem tuā ꝛ ve-
ritatem tuā: ipsa me deduxerunt et adduxerūt i mōtē
sanctū tuum ꝛ i tabernacula tua. Et itroibo ad altare
dei: ad deum qui letificat iuuentutē meam. Cōfitebor
tibi i cythara deus deus me⁹: quare tristis es aīa mea ꝛ
quare conturbas me: Spera in deo qm adhuc cōfite-
bor illi salutare vultus mei et deus me⁹. Gloria patri
et filio et spiritui sancto. Deinde super labia dicens.

Per istā vnctionē ꝛ suam piissimā misericordiā
indulgeat tibi domin⁹ quicquid peccasti per gu
stum et illicita verba. R. Amen. Sequatur psalmus.

Deus in noīe tuo saluum me fac: ꝛ in virtute tua
iudica me. Deus exaudi orōnem meā: auribus
percipe verba oris mei. Qm alieni isurrexerūt aduersū
me: et fortes qsierunt aīam meā et non proposuerunt
deum ante conspectum suum. Ecce enim de⁹ adiuuat
me: ꝛ dñs susceptor est aīe mee. Auerte mala inimicis
meis: ꝛ i veritate tua disꝑde illos. Voluntarie sacrifica-
bo tibi: et confitebor noī tuo dñe qm bonū est. Qm ex
omni tribulatione eripuisti me: et super inimicos meos

despexit oculus me⁹. Gloria patri. Deinde sup nares dicēs

PEr istā vnctionē ꝫ suā piissimā mīam īdulgeat tibi dn̄s qcq̇d peccasti p odoratū. ℞. amē. leq̄t ps

DEus in adiutoriū meū intende: dn̄e ad adiuuā dū me festina. Confundant̄ ꝫ reuereātur: q̄ querūt aīam meā. Auertantur retrorsū et erubescāt: qui volunt michi mala. Auertātur statim erubescētes: q̄ dicūt michi euge euge. Exultent ꝛ letētur ī te oēs qui querunt te: et dicant semp magnificetur dn̄s qui diligunt salutare tuū. Ego vero egenus et paup sum: deus adiuua me. Adiutor me⁹ et liberator me⁹ es tu: domine ne moreris. Gloria patri. Manus sacerdotis īfirmi debēt inūgi ī partib⁹ exterioribus. nā et epyscop⁹ linebat in partib⁹ interioribus. Man⁹ vero cuiuscūꝫ alteri⁹ infirmi debent inungi interius. Deinde sup manus ita dicēs.

PEr istam vnctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicq̇d peccasti per tactum. ℞. Amen. Sequatur psalmus.

INclina domine aurē tuā ꝛ exaudi me: qm̄ inops et pauper sum ego. Custodi aīam meā quoniā sanctus sum: saluū fac seruum tuum deus sperātem in te. Miserere mei dn̄e qm̄ ad te clamaui tota die letifica animam serui tui qm̄ ad te dn̄e aīam meam leuaui. Quoniam tu domine suauis ꝫ mitis: et multe mīe oībus inuocantibus te. Auribus percipe dn̄e orationē meā: itende voci dep̄cationis mee. In die tribulationis mee clamaui ad te: q̄r exaudisti me. Nō est similis tui ī diis dn̄e: et nō est scd̄m opera tua. Omnes gētes quascūꝫ fecisti venient et adorabūt coram te domine: et glorificabunt nomen tuum. Quoniam magn⁹ es tu: et faciens mirabilia/ tu es deus solus. Deduc me domine ī via tua ꝫ ingrediar ī veritate tua: letetur cor

meum vt timeat nomen tuū. Cōfitebor tibi dn̄e de⁹ meus in toto corde meo: et glorificabo nomē tuum in eternū. Q2 mia tua magna est super me: et eruisti animam meā ex inferno inferiori. Deus iniqui isurrexerūt super me: et synagoga potētiū quesierūt aiam meā: et non proposuerunt te in cōspectu suo. Et tu dn̄e de⁹ miserator et misericors: patiens et multe mie et verax. Respice in me et miserere mei: da iperiū puero tuo: et saluum fac filiū ācille tue. Fac mecū signū i bono vt videant q̄ oderūt me et cōfundātur: qm̄ tu dn̄e adiuuisti me et ɔsolat⁹ es me. Glia. Deide sup pedes ita dicēs

PEr istam vnctionem et suam piissimā misericordiam indulgeat tibi dominus quicq̄d peccasti per incessum pedum. ℟. Amē. Sequatur psalmus.

DOmine deus salutis mee: in die clamaui et nocte corā te. Intret i cōspectū tuo orō mea: inclina aurem tuā ad precem meā. Quia repleta est malis anima mea: et vita mea i inferno appropinquauit. Estimatus sum cum descendentibus in lacum: fact⁹ sū sicut hō sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormiētes in sepulcris quorū nō est memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerūt me in lacu inferiori: in tenebrosis et i vmbra mortis. Super me cōfirmatus est furor tuus: et oēs fluctus tuos induxisti sup me. Lōge fecisti notos meos a me: posuerūt me abominationē sibi. Traditus sum et non egrediebar: oculi mei languerūt pre iopia. Clamaui ad te dn̄e: tota die expandi ad te man⁹ meas. Nūquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabūt et confitebuntur tibi? Nunq̄d narrabit aliquis i sepulchro misericordiam tuam: et veritatem tuam in perditionem? Nūq̄d cognoscentur i tenebris mirabilia tua:

et iusticia tua i terra obliuionis. Et ego ad te dñe clamaui: et mane oratio mea pueniet te. Ut quid dñe repellis orationem meã: auertis faciem tuã a me? Pauper sum ego et in laboribus a iuuentute mea: exaltat' aũt humiliatus sũ et conturbatus. In me transierũt ire tue: et terrores tui cõturbauerũt me. Circundederunt me sicut aqua tota die: circũdederunt me simul. Elõgasti a me amicũ & proximũ: & notos meos a miseria. Gloria patri et filio & spũi scõ. Sicut erat i pricipio & nũc et semp et i scl'a scl'o4 amẽ. Deide i dorso int lũbos maris: vel super vmbilicũ mulieris ita dicens.

PEr istam vnctionẽ et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi dñs quicquid peccasti per illicitas cogitationes et per ardorem libidinis. ℞. Amen. Tunc erigens se sacerdos lauat manus suas cum sale et aqua in vase quo stuppe olei que igne crementur et in cimiterio fodiantur. Postea dicat sacerdos super infirmum benedictionem hoc modo.

IN noĩe patris et filii et spiritussancti sit tibi hec olei vnctio ad purificationem mẽtis et corpori ad munimẽ et defensionem contra iacula imundorũ spirituum. Responsoriũ. Amen. Sequatur psalmus.

DOmine clamaui ad te exaudi me: itende voci mee cũ clamauero ad te. Dirigat orõ mea sicut incensũ in cõspectu tuo: eleuatio manuũ mea4 sacrificiũ vespertinũ. Pone dñe custodiã ori meo: & hostiũ circũstantie labiis meis. Nõ declines cor meũ in verba malicie ad excusãdas excusationes i pctis. Cũ hoĩb' operantibus iniquitatem: et nõ communicabo cũ electis eorũ. Corripiet me iustus in mia et increpabit me: oleum autẽ peccatoris non impinguet caput meum. Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis

eoꝝ: absorpti sunt iuncti petre iudices eoꝝ. Audient verba mea quoniam potuerũt: sicut crassitudo terre erupta est super terram. Dissipata sunt ossa nr̃a sec⁹ infernum: q2 ad te domine dñe oculi mei in te speraui nõ auferas aĩam meã. Custodi me a laqueo quẽ statuerunt michi: et ab scandalis operantium iniquitatẽ Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sũ ego donec transeam. Gloria patri. Deinde dicat sacerdos Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

Domine deus saluator noster qui es vera salus et medicina: a quo oĩs sanitas et oẽ medicamẽtum venit: quiqꝫ nos apl'i tui iacobi documẽto instruxisti vt languentes olei liquore orantes tangerem⁹: respice propicius super hunc famulum tuũ N. quẽ lãguor cruciat ad exitum/ et virium defectus protrahit ad occasum/ medela gratie tue saluti restituat castigatũ extingue in eo clemẽtissime deus oĩm febriũ estus/ dolorum stimulos: et cunctorum languorũ cruciat⁹: viscerum quoqꝫ ⁊ secretorũ interna medicina: atqꝫ medullarum discrimina sana compagum etiã et artuũ dele cicatrices veteres: ⁊ acerbas cõpesce passiones reformet ī eo carnis ac sanguinis quẽ creasti ꝑfecta materies: sicqꝫ illũ iugiter tua pietas tueat' vt nec ad corruptionẽ aliquando sanitas/ nec ad ꝑditionẽ perducat infirmitas: sed fiat illi hec sacra olei perunctio concita morbi presentis et languoris expulsio: et peccatorum oĩm exoptata remissio. Per te saluator mũdi. Qui cũ deo patre et spiritu sctõ viuis et regnas deus ꝑ oĩa secula seculorum. Amen. Facta vnctione vt ꝓdictũ est expediẽs erit vt sacerdos ante cõmunionẽ inq̃rat ab infirmo an aliqua alia pctã sibi ad mẽoriã occurrãt de quib⁹ non erat cõfessus. nam posset esse qꝫ per preces ⁊

deuotas oꝛōnes sacerdotis, siue alioꝝ: deus cor istius illustraret et daret ei grām veri⁹ et pleni⁹ cōfitēdi. Et postea interroget eū sacerdos si recognoscat corp⁹ et sanguinem dñi nři iesu xpi sic dicēdo. Frater credis ꝙ sacramentum qđ tractatur ī altari sub forma panis est verū corpus et sanguis dñi nři iesu xpi: Respōdeat infirmus Credo. Deīde cōmunicet infirm⁹: nisi pri⁹ cōmunicatus fuerit: ꝛ nisi de vomitu vel alia irreuerētia ꝓbabiliter timeat: ī quo casu dicat sacerdos īfirmo. Frater ī hoc casu sufficit tibi vera fides ꝛ bona volūtas tantum crede et manducasti. Et nota ꝙ sacerdos īfirmus cōmunicādus stola īduetur. Unde cōicans sacerdos infirmū dicat. Corp⁹ dñi nři iesu xpi custodiat corpus tuū et aīam tuā in vitā aeternā. Amē. Deīde dicat sacerđ. sine Dñs vobis. sed tm̄ cum Oremus. oꝛonē sequētem: q̄ nō dicatur nisi tm̄ qñ īfirmus cōicat. Orō.

DOmine sancte pater oīps eterne deus te fideliꝛ deꝑcamur: vt accipiēti huic fratri nřo sacrosctm̄ corpus et sanguinē filij tui dñi nostri iesu christi: tā corporꝭ q̄ aīe sit salus. Amē. Deinde sequatur psal.

LAuda aīa mea dñm laudabo dñm in vita mea psallam deo meo q̄diu fuero. Nolite cōfidere in principib⁹: nec in filijs hoīm in q̄bus non est salus. Exibit spūs ei⁹ et reuertetur in terrā suam: in illa die peribūt oēs cogitationes eoꝝ. Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes eius ī dño deo ipsius qui fecit celum et terram/mare et oīa que in eis sunt. Qui custodit veritatē in seculū facit iudiciū iniuriā patiētib⁹ dat escā esuriētib⁹. Dñs soluit cōpeditos: dominus illuminat cecos. Dñs erigit elisos: dñs diligit iustos. Dñs custodit aduenas pupillū et viduam suscipiet: et vias pctōꝝ disperdet. Regnabit dñs in secula

deus tu⁹ syon: in generatione ꝫ generationem. Glo-
ria patri. Quo finito dicat sacerdos Oremus. Oratio
DEus qui peccatores et scelerũ onere vulnera-
tos sacerdotis tuis ostēdere iussisti: deus qui di
scipulis tuis manus super infirmos vt bene haberent
ponere precepisti. Deus qui per aploꝝ tuorum man⁹
infirmos sacro oleo vngere/et pro eis orare docuisti.
Deus qui per impositionē manuũ sacerdotũ cũ sancti
nois tui iuocatione pctā relaxare voluisti: exaudi ora-
tiones nostras et da huic famulo tuo N infirmitatis
noxa oppresso: per hoc sacrosctm̃ mysteriũ qd̄ nos idi
gnos famulos tuos agere voluisti remissionē omniũ
peccatoꝝ: quatenus per hāc sacrati olei vnctionē/cor
poris et sanguinis tui susceptionē atq̄ manus nr̄e im
positionem cũcta ei facinora spiritus sancti gratia re-
laxentur/sanitas anime et corporis restituat: vt nō ei
plus noceat conscientie reatus ad penam: q̄ idulgētia
tue pietatis ad emendationem prosit et veniā te cōce
dēte te saluator mũdi. Qui viuis et regnas cũ deo pr̄e
in vnitate eiusdē. ꝛc. Dein̄ bn̄dicat sacerdos infirmũ
dicēs sic. Benedicat ✠ te deus pr̄: qui in principio cũ
cta creauit. ℟. Amen. Et sic respōdeatur ad singulas
bn̄dictiones. Sanet te dei filius. Amen. Illuminet
te spũs sanct⁹. Amen. Corpus tuũ custodiat Amen.
Animam tuā saluet. Amē. Cor tuũ irradiet. Amē.
Sensum tuum dirigat: et ad supernā patriā te pdu-
cat qui in trinitate perfecta viuit et regnat deus. Per
omnia secula seculorum. Amen. Alia benedictio.
BEne ✠ dicat te de⁹ celi. Amē. Adiuuet te xp̄s
fili⁹ dei. Amen. Corpus tuum ĩ suo sctō serui-
tio custodiri et conseruari faciat Amen. Mentē tuā
illuminet. Amē. Sensum tuũ custodiat. Amē. Gra-

tiam suam ad profectũ aie tue i te augeat. amẽ. Ab oi malo te liberet. amẽ. O ia pctã tua deleat. amẽ. Dextra sua te defẽdat. amẽ. Qui sctõs suos semp adiuuat ipse te adiuuare ꝗ cõseruare dignet. Qui vi. ꝗ reg. Alia bñdo

Bene ✠ dicat te deus pr̃ ꝗ in pricipio cũcta creauit. Bñ ✠ dicat te dei fili⁹ qui de supnis sedib⁹ pro nobis saluãdis descẽdit et crucẽ subire nõ recusauit. amen. Bñ ✠ dicat te spũssanctus ꝗ in similitudie colũbe in flumine iordanis i xpo requieuit amẽ. Ipse ꝗ te i trinitate sctificet quẽ oẽs gẽtes vẽturũ expectant ad iudiciũ. Qui cũ deo pr̃e et eodẽ spũsctõ. Finito hoc officio cõueniẽter dici poterũt ab infirmo langueñte in extremis si placeat or. subscripte vel eaꝝ aliq̃ videlʒ. ps. Miserere. Itẽ ps. De⁹ i noie. Itẽ ꝟ. Suscipe me scdm eloquium tuũ et viuã: et nõ confũdas me ab expectatione mea: et que est expectatio mea nõne dñs. vel sic. Dñe iesu xpe suscipe spm meũ. Itẽ. De⁹ propici⁹ esto michi pctõri. Itẽ. ꝟ. In man⁹ tuas dñe cõmẽdo spm meũ redemisti me dñe de⁹ veritatis. Itẽ. ꝟ. Delicta iuuentutis mee ꝗ ignorãtias meas ne memineris. Itẽ ꝟ. Ab occultis meis munda me dñe. Itẽ ꝟ. Ne proiicias me domine in tempore senectutis cũ defecerit virtus mea ne derelinquas me. ¶ Sciendum est aũt ꝙ nõ licet alicui ministrare sacramẽtũ vnctionis extreme nisi tm̃ sacerdoti. vnde aliqs nõ sacerdos attentaret hoc facere: nichil facceret cõsecratio. ¶ Loca vero vngẽda sunt supradicta et non alia nisi i mutilatis: in q̃bus debent inungi loca magis ppinqua. ¶ Et notandũ est ꝙ si sacerdos i aliquibus partibus inunctis alijs restãtibus ad vngendum defecerit/ partes cũ vncte nõ sint iterato vngende/ sed q̃ restant vnctiones vngẽde p sacerdotẽ aliũ compleatur. ¶ Potest eni sacerdos vno

clerico presente ĩfirmũ inungere: & etiã sine clerico in necessitatis articulo. Moneãt frequẽter sacerdos par rochianos suos ꝙ oẽs.xiiij.annoꝝ et ãpli⁹ se exhibeãt ad sacramẽtũ vnctionis extreme suscipiẽdũ qñ met⁹ mortis iminet. ¶ Doceãt etiã eos ꝙ hoc sacramẽtũ licite potest iterari sine aliqua sui iiuria vnde quotiẽs hõ conualuerit et noua infirmitas iterato superuenerit: ex qua fuerit met⁹ mortꝭ: potest idẽ homo ĩ vnaquaqꝫ huiusmodi ĩfirmitate inũgi. ¶ Item quoqꝫ ĩfirmitate hoc sacramẽtũ iterari potest: nã ĩ egritudine diuturna debet fieri qñ videt deducere ad mortẽ. Et si illũ articulũ euadat eadẽ ĩfirmitate durante: etiã postea ad statũ similẽ reducat. iterũ potest inũgi: quia ali⁹ est infirmitatis status: licet sit eadẽ infirmitas: & si qs post hoc sacramentum cõualuerit: nichilominus ad op⁹ cõiugale et ad oẽ opus honestum licite poterit reuerti. ¶ Hoc sacramẽtũ nõ est ↄferẽdũ eũtib⁹ ad bellũ vel ad duellũ pegris aut nauigãtib⁹ vel his q̃ stati occidẽdi sũt Similit pueri/frenetici/furiosi vel aliq̃ alij huiusmodi alienationẽ mẽtis patiẽtes: eo ꝙ debitã discretionẽ deuotionis & vere penitẽtie nõ habeãt ad hoc sacramẽtũ nõ admittant nisi forte ipsi frenetici furiosi vel amentes ĩ sana mẽte cõstitui hoc sacramẽtũ petierũt vel alias ante huiusmodi passionẽ seu mẽtis alienationẽ de sua salute fuerit solliciti: tũc nichilomin⁹ consulit hoc sacramentum eis fiducialiter ministrari. In cõsti. lãbeth.p.cap.vlt. ¶ Nota ꝙ tpe interdicti nõ debet cõferri sacramentum vnctionis extreme nec alia sacramẽta. exceptis baptismo/cõfirmatione/penitẽtia et viatico existentibus ĩ articulo mortꝭ tñi conferendo. ¶ Cum vero aĩa in exitu seu dissolutiõe corporis visa fuerit laborare: ꝑcutiat tabula minute & acriter: & tunc

oẽs clerici cũ sũma velocitate accurrant ⁊ dicãt Credo in vnũ: reqre i missa spõsal. Deinde dicãt septẽ psal. penitẽ. cũ Glia pri vtsõ. Quib⁹ dictis subiungat hoc cpm

Parce domine parce famulo tuo quẽ redimere dignat⁹ es ꝑcioso sãguie tuo ne ieternũ irascaris ei. Hoc capitulum dicatur tribus vicibus tam a sacerdote ꝙ̃ a toto cõuentu: ita tamẽ ꝙ sacerdos pri⁹ dicat: et conuentus repetat. Deinde dicatur seqẽs letania sine nota hoc modo.

Pater de celis de⁹: miserere aie famuli tui. Fili redẽptor mũdi de⁹: mise. a. fa. t. Spũs scẽ de⁹: mise. a. fa. t. Scta trini tas vn⁹ de⁹: mi. a. fa. t. Sancte sanctorꝝ deus: mise. Qui es trinus et vn⁹ deus: mise. Scta maria itercede p aia ei⁹. Scta dei genitrix intercede. Scta virgo ꝟginũ inter. Scte michael iter.

Sancte gabriel inter
Sancte raphael inter
Oẽs scti angeli ⁊ archãgeli: intercedite pro aia eius.
Oẽs scti btõꝝ spirituum ordies: itercedite p aia ei⁹.
Scte iohẽs baptista iter.
Oẽs scti patriarche ⁊ prophete: itercedite p aia eius
Sancte petre inter
Sancte paule inter
Sancte andrea iter
Sancte iacobe inter
Sancte iohannes iter
Sancte philippe inter
Sancte iacobe inter
Scte bartholomee inter.

Sancte mathee inter
Sancte thoma inter
Sancte symon inter
Sancte iuda inter
Sancte mathia inter
Sancte marce inter
Sancte luca inter
Sancte barnaba inter
Oẽs scti apli et euangeliste. intercedite p aia eius.
Oẽs scti discipuli dñi et innocẽtes: intcedite p aia ei⁹
Sancte stephane inter
Sancte line inter
Sancte clete inter
Sancte clemens inter
Sancte corneli inter

Sancte laurēti Inter
Sancte sixte inter
Sancte vincenti inter
Sancte georgi inter
Sancte fabiane inter
Sancte sebastiane inter
Sancte albane inter
Sancte edmunde inter
Sancte blasi inter
Scte dyonisi cū so.t. iter
Scte eustachi cū so.t. iter
Scte geruasi inter
Sancte prothasi inter
Sancte cosma inter
Sancte damiane inter
Scti iohēs & paule inter
Scti crispine & crispinia-
ne. Intercedite p aīa eius.
Oēs scti martyres. Int
Sancte benedicte inter
Sancte siluester inter
Sancte nicolae inter
Sancte martine inter
Sancte hylari inter
Sancte ambrosi inter
Sancte hieronime iter
Sancte augustine iter
Sancte birine inter
Sancte swithine inter
Sancte ethelwolde int
Sancte dunstane inter
Sancte cuthberte inter
Sancte leonarde inter
Sancte egidi inter
Oēs scti cōfessores iter
Oēs sci monachi & he. int
Sctā maria magd. inter
Sctā maria egyptiaca it
Sancta felicitas inter
Sancta perpetua inter
Sancta cecilia inter
Sancta lucia inter
Sancta agatha inter
Sancta agnes inter
Sancta fides inter
Sancta katherina inter
Sancta scolastica inter
Sancta iuliana inter
Sācta margareta inter
Sancta anastasia inter
Sancta petronella iter
Sancta editha inter
Sancta brigida inter
Oēs sctē virgines. inter
Oēs scti intercedite p aīa eius. Propicius esto parce et dimitte ei oīa pctā sua dñe. Ab oī malo. libera & defende aīam eius dñe. Ab hoste iniquo. libera et defen de aīam eius dñe. Ab insidiis et laqueis dyaboli. libe. et defen. a. e. d. Ab icursu malignorum spirituū. libe.

A timore inimicorum. libe. A b ira tua li. A dānatiōe perpetua. li. A penis inferni. li. A periculo mortis. li. A pōdere pctōrum. li. Per imēsā pietatē tuā. li. Per mysteriū sctē incarnationis tue. li. Per sanctā circūcisionē tuā li. Per sanctā apparitionē tuā. li. Per baptismū tuū. li. Per ieiuniū tuū. li. Per passionē et crucē tuam li. Per piissimā mortē tuā. li. Per gloriosam resurrectionē tuam. li. Per admirabilē ascēsionē tuam li. Per aduentū sancti spūs paracliti. li. Per itercessionem oim sanctorum tuorum. li. In die iudicij li. et de aia eius dñe. Peccatores. te rogam' audi nos. Ut aiam famuli tui de principibus tenebrarū et de locis penarū liberare digneris. te r. Ut ab inferorum cruciatib' liberare digneris. te r. Ut cūcta ei' peccata obliuioni ppetue tradere digneris. te r. Ut ei oēs lubrice temeritatis offēsas dimittere digneris. te r. Ut delicta iuuētutis ei' et ignorātias nō reminiscaris te r. Ut qcqd viciorū fallēte dyabolo et propria iniqtate atque fragilitate cōtraxit: clementer indulgere digneris. te r. Ut eū i pacis ac lucis regione cōstituere digneris. te r. Ut ei gaudiū et exultationē in regno tuo cum sanctis et electis tuis donare digneris. te r. Ut nos exaudire digneris. te rogam' Fili dei: te rogam' audi nos. Agnus dei q tollis peccata mundi miserere aie eius. Christe iesu miserere aie eius. Agnus dei qui tollis pctā mundi dona ei pacem eternamque felicitatem et gliam sempiternā. Amē

Proficiscere aia christiana de hoc mundo i noie dei patris omnipotentis qui te creauit. Amen. In nomine iesu christi filii eius q pro te pass' est. Amē In noie spiritus sancti qui in te effusus est. Amen. In nomine angelorū et archangelorum. Amen. In nomine thronorum et dominationum. Amen. In noie

principatum et potestatum et omniũ celestiũ virtutũ Amen. In noie cherubin et seraphin. Amẽ. In noie patriarcharum et prophetarũ. Amen. In noie apostolorum et martyrum. Amen. In noie cõfessorum et epyscoporum. Amen. In noie sacerdotum et leuitarum et oĩm ecclie catholice graduum. Amen. In noie monachorum et anachoritarũ. Amen. In noie virginũ et fidelium viduarũ hodie in pace locus tuus fiat et habitatio tua in celesti hierusalem. Amen Oremus. Oratio.

Suscipe itaqȝ dñe seruũ tuũ in bonũ et lucidũ habitaculum tuum. amẽ. Libera dñe aiam serui tui ex oibus periculis infernorũ et de locis penarum ⁊ de oibus dolorib' tribulationũ. amen. Libera dñe aiam serui tui sicut liberasti enoch ⁊ heliã de morte cõmuni. amen. Libera dñe aiam serui tui sicut liberasti loth de sodomis et de flama ignis. amẽ. Libera dñe aiam serui tui sicut liberasti ysaac de manibus pris sui abrahe. amen. Libera dñe aiam serui tui sicut liberasti moysẽ de manu pharaonis. amen. Libera dñe aiam serui tui sicut liberasti iob de passionibus suis. amen. Libera domine aiam serui tui sicut liberasti dauid de manu golie et de manu saul regis. amen. Libera dñe aiam serui tui sicut liberasti danielem de lacu leonum. Amen. Libera dñe aiam serui tui sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardẽtis. amẽ. Libera dñe aiam serui tui sicut liberasti susannã de falso crimine. amẽ. Libera dñe aiam serui tui sicut liberasti petrũ ⁊ paulũ de vinculis. amẽ. Sicut liberasti sctõs seruos tuos de tormẽtis: sic liberare digneris aiam serui tui de gehẽne incẽdiis ⁊ ab oib' ãgustiis. Amẽ. Sequat cõmẽdatio aiarũ et dicat i camera vel in aula sine nota iuxta corp' et oia subseqnter similit vsqȝ ad pcessionẽ ad hoiem mortuũ

suscipiendum. Post cõmendationẽ sequat℞ Subuenite sancti dei occurrite angeli dñi suscipiẽtes aīam ei⁹ Offerentes eā ī cōspectu altissimi. ℣. Suscipiat te xp̄s qui vocauit te ꝫ in sinu abrahe angeli deducāt te. Offerentes. sequat oro sine Dñs vo. et sine Oremus. Or.

Tibi dñe cõmendamus aīam famuli tui N. vt defunctus seculo tibi viuat: ꝫ q̄ per fragilitatē mundane cõuersationis peccata admisit tu venia misericordissime pietatis absterge. Per christum dominum nostrum. Amen. Oremus. Oratio.

Misericordiā tuā dñe sctē pater oīs eterne deus pietatis affectu rogare p aliis cogimur: q̄ p nostris supplicare pctis nequaq̄ sufficimus: tamē de tua cõfisi gratuita pietate et inolita benignitate clemētiā tuā deposcim⁹: vt aīam famuli tui N. ad te reuertentē cū pietate suscipias: assit ei angel⁹ testamēti tui michael: et per man⁹ sctōrū angeloꝝ tuoꝝ in sinu abrahe patriarche tui eā collocare digneris. quaten⁹ liberata de principibus tenebrarum et de locis penaꝝ / nullis iam primeue natiuitatis vel ignorantie / aut proprie iniq̄tatis seu fragilitatis confundatur errorib⁹: sed potius agnoscatur a tuis et sancte beatitudinis requie pfruatur / atq; cum magni iudicii dies aduenerit: inter sctōs et electos tuos aggregata / gloria manifeste contēplationis tue ppetuo satiet. Per xp̄m dñm. ān. Suscipiat te christus q̄ vocauit te ꝫ ī sinu abrahe angeli deducant te. ps. In exitu. totus ps. dicatur sine Gloria patri, vt inferi⁹ patebit. scilicet ī officio sepulture. Quo finito dicat sacerdos Dñs vobiscum. et Oremus Oratio.

Omnipotēs sempiterne de⁹ q̄ humano corpori aīam ad similitudinē tuā inspirare dignat⁹ es: dū te iubēte puluis ī puluerē reuertit: tu ymaginē tuā cū sanctis

et electis tuis eternis sedibus pcipias sociari eāqꝫ ad te
reuertentē de egipti partibus blādelenitérqꝫ suscipias
et angelos tuos sanctos ei obuiā mittas: viamqꝫ illi iu
sticie demōstra: ⁊ portas glorie tue illi aperi: repelle q̄s
ab ea oēs principes tenebrarū: ⁊ agnosce depositū fide
le qđ tuū est. Suscipe dn̄e creaturā tuā nō ex diis alie-
nis creatā sed a te solo deo viuo et vero: quia nō est ali
us deus pter te dn̄e: ⁊ nō est scđm opera tua. letifica cle
mētissime pr̄ aīam serui tui N. et clarifica eā in multi-
tudine mīe tue. ne memineris q̄s iniquitatū eius anti
quarū et ebrietatū quas suscitauit feruor mali desyde
rii. licet eni peccauerit: tamē te nō negauit. sed signo fi
dei insignitus/te qui oīa et eum inter omnia fecisti fi-
deliter adorauit. Qui viuis et regnas deus. Per oīa
secula seculorū. Amen. añ. Chorus angelo[illegible] ps.

DIlexi qm̄ exaudiet dn̄s: vocē orōis mee. Quia
inclinauit aurē suā michi: et in diebus meis in-
uocabo. Circūdederūt me dolores mortis: et pericu-
la īferni inuenerūt me. Tribulationē et dolorē īueni:
et nomē dn̄i īuocaui. O dn̄e libera aīam meā miseri-
cors dn̄s et iustus: et deus nr̄ miseretur. Custodiens
paruulos dn̄s: humiliatus sū et liberauit me. Conuer-
tere aīa mea in requiē tuā: q2 dn̄s bn̄fecit tibi. Qr eri-
puit aīam meā de morte oculos meos a lachrymis: pe
des meos a lapsu. Placebo dn̄o: in regione viuorꝫ. ps.

CRedidi propter quod locutus sum: ego aūt hu-
liatus sū nimis. Ego dixi in excessu meo: oīs
homo mēdax. Quid retribuā domino pro omnibus
que retribuit michi. Calicē salutaris accipiam: et no
men domini inuocabo. Uota mea domino reddam
corā omni populo eius: preciosa in cōspectu dn̄i mors
sanctorū eius. O domine quia ego seruus tuus: ego

seruus tuus et filius ācille tue. D irupisti vicula mea
tibi sacrificabo hostiā laudis: et nomē dñi inuocabo.
V ota mea dño reddā in cōspectu omīs populi eius:
in atrijs domus domini in medio tui hierusalem. ps.
L Audate dñm omnes gentes: laudate eum oēs
populi. Q uoniā cōfirmata est super nos mi-
sericordia eius: et veritas dñi manet in eternum. ps.
C Onfitemini dño quoniā bonus: quoniā in se-
culum mia eius. D icat nunc israel qm̄ bonus:
quoniā in seculū mia eius. D icat nunc domus aarō:
quoniā in seculū mia eius. D icāt nunc qui timēt do-
minum: quoniā in seculum mia eius. D e tribulatio
ne inuocaui dominū: et exaudiuit me in latitudine do
minus. D ñs michi adiutor: non timebo quid faciat
michi homo. D ñs michi adiutor: et ego despiciā ini-
micos meos. B onū est cōfidere in dño: q̄ cōfidere in
hoīe. B onū est sperare in dño: q̄ sperare in princi-
bus. O ēs gētes circuierūt me: et in noīe dñi q2 vltus
sum in eos. C ircūdantes circūdederunt me: et in no
mine dñi q2 vltus sum in eos. C ircūdederunt me si-
cut apes et exarserunt sicut ignis in spinis: et in noīe
dñi quia vltus sum in eos. I mpulsus euersus sum vt
caderem: et dñs suscepit me. F ortitudo mea et laus
mea dñs: et factus est michi in salutē. V ox exultatio-
nis et salutis: in tabernaculis iustor. D extera dñi fe-
cit virtutē dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit
virtutē. N on moriar sed viuā: et narrabo opera dñi.
C astigās castigauit me dñs: et morti nō tradidit me.
A perite michi portas iusticie et ingressus in eas cō-
fitebor dño: hec porta dñi iusti intrabūt in eā. C ōfite
bor tibi quoniā exaudisti me: et factus es michi in salu
tem. L ap: dē quē reprobauerūt edificantes: hic fact?

est in caput anguli. A dño factū est istud: et est mira=
bile in oculis nostris. Hec est dies quā fecit dñs: exul=
temus et letemur in ea. O dñe saluū me fac o dñe bñ
prosperare: benedictus qui venit in nomine domini.
Benediximus vobis de domo domini: deus domin⁹
et illuxit nobis. Cōstituite diem solennē in condēsis:
vsq ad cornu altaris. Deus meus es tu et confitebor
tibi: deus meus es tu et exaltabo te. Confitebor tibi
quoniam exaudisti me: et factus es michi in salutem.
Confitemini dño quoniā bonus: quoniā in seculum
mīa eius. ps. Beati immaculati. vsq ad Ad dominū
cum tribularer. sine Gloria patri. Finitis psalmis in=
cipiatur āñ. Chorus angelorum te suscipiat: et in sinu
abrahe collocet te: vt cū lazaro quondā paupere eter=
nam habeas requiē. qua finita dicat sacer. Orem⁹. Or.

Diri vulneris nouitate percussi et quodāmodo
cordibus sauciati miam tuam mundi redem=
ptor flebilibus vocibus imploramus: vt cari nostri N.
animā ad tuam clementiā qui fons es pietatis reuer=
tentē blāde leniterq suscipias: et si quas illa ex carnali
cōmoratione extraxit maculas: tu de⁹ solita bonitate
clemēter deleas/pie indulgeas/obliuioni in perpetu=
um tradas. atq hanc laudē tibi cū ceteris redditurā et
ad corpus propriū quādoq reuersurā: sanctorū tuorū
cetibus aggregari precipias. Qui cum deo patre. &c.
Hic roget sacerdos orare pro ea ita dicens. Pro aīa N.
et pro aīabus oīm fideliū defūctorū. Pater nr̄. Et ne
nos. Sed libe. Requiē eternā dona eis dñe. Et lux p=
petua. A porta inferi. Erue dñe. Nō intres in iudi=
ciū cū seruo tuo dñe. Qr nō iustificabit in ↄspectu tuo
oīs viuēs. Dñs vobi. Orem⁹

Partē beate re=
surrectionis obtineat: vitāq eternā mereat

habere in celis. Per te saluator mūdi q̄ cū pr̄e et spū sā-
cto viuis ⁊ regnas de⁹ per oīa scl̄a scl̄o⁊. Amē. Orem⁹

Deus cui soli cōpetit medicinā p̄stare post mor-
tem: tribue q̄s. vt aīa famuli tui N. terrenis ex-
uta cōtagiis: in tue redemptionis parte numeretur.

Absolue q̄s dn̄e aīam famuli tui N. et aīas oīm
fideliū defuncto⁊ ab omni vinculo delicto⁊.
vt in resurrectionis glīa inter sc̄tōs et electos tuos re-
suscitati respirent. Per christum dn̄m nostrū. Amen.
Deinde si corpus regis inuicti fuerit qui migrauit ex
hoc seculo: primo a suis cubiculariis corp⁹ eiusdē aqua
calida siue tepida lauetur. Deinde balsamo cū aroma
tibus vngatur per totū/et postea ī pāno lineo cerato
inuoluatur. ita tn̄ q̄ facies et barba illius tn̄ pateāt: et
circa manus et digitos ipsius dictus pānus ceratus sit
depositus: vt quilibet digitus cū pollice vtriusq̄ ma-
nus singulatī insuatur per se/ac si manus eius cirotec̄
lineis essēt coopte. Deinde corp⁹ induatur tunica vsq̄
ad talos lōga: et desuper pallio regali adornetur. Bar
ba vero ipsius decēter cōponatur sup pect⁹ illi⁹: ⁊ post-
modū caput cū facie ipsius sudario serico cooperiatur. ac
deinde corona regia aut dyadema capiti eiusdē appo-
natur. Postea induantur manus eius cirotecis cū au-
rifragiis ornatis: et in medio digito dextre man⁹ im-
ponatur anulus aureus aut deauratus: et in dextera
manu sua ponatur pila rotūda deaurata: in qua virga
deaurata sit fixa a manu ipsius vsq̄ ad pectus protēsa:
in cuius virge sūmitate sit signum dn̄ice crucis quod
super pectus eiusdē principis honeste debet collocari
In sinistra vero manu sceptrum deauratū habeat: vs-
q̄ ad aurē sinistrā decēter protensum: ac postremo ti-
bie et pedes ipsius caligis sericis et sandalis induātur

duatur. Deniqȝ dict⁹ princeps ita adornatus cū regni sui pontificibus ꝛ magnatib⁹ ad locū quem pro sua sepultura pri⁹ elegerit cū omni reuerentia deferat et cū exequiis regalibus honestissime tradatur sepulture.

¶ Si vero corp⁹ alteri⁹ fuerit: tūc tm̄ lauetur corpus aqua tepida vel calida si placeat: ꝛ postea lintheamine mūdo honeste īuoluat et in feretro locet: clericis īterī dicētib⁹ vesperas de die ꝛ de scā maria/et postea vigi. mortuoꝝ vt īfra patebit. Quibus dictis dicāt sine nota ps̄ seque. videlicet ps̄. Verba mea. ps̄. Dn̄e ne ī furo. ī. quere hos ps̄ īfra ī vigi. mortuoꝝ. In. i. noc. ps̄. Dile xi. ps̄. Credidi. qre vts̄. ps̄. De profūdis. ps̄. Voce mea quere īfra post lau. mortuoꝝ. quibus finitis dicatur aū. Requiē eternā dona eis dn̄e: et lux perpetua luceat eis Kyriel. xp̄el. kyriel. Pater nr̄. Et ne nos. Sed libera Requiē etnā dona eis dn̄e. Et lux. A porta īferi. Erue. Nō ītres in iudiciū. Dn̄e nō iu. Dn̄s vo. Oremus. Oro.

Suscipe dn̄e aīam famuli tui N. ad te reuertētē veste quoqȝ celesti īdue eā ꝛ laua eā scō fōte vite eterne: vt īter gaudētes gaudeat/et īter sapiētes sapiat/et īter martyres coronata incedat/et inter patriarchas et prophetas proficiat/et inter aplos xp̄m sequi studeat/et īter angelos et archāgelos claritatē dei videat/et īter paradisi rutilos lapides gaudiū dei possideat/noticiā mysterioꝝ dei agnoscat/et inter cherubī et seraphin claritatē dei videat: et īter vigitiquattuor seniores cantica canticoꝝ audiat/et inter lauātes stolas suas in fonte luminis vestem lauet/et inter pulsātes portas celestis hierusalē apertas reperiat/et inter videntes deum facie ad faciem videat/et inter cantātes canticū nouū cantet/et īter audiētes celestē sonū audiat. Per xp̄m dominū nostrū. Sequatur alia oro.

SUscipe dñe aīam famuli tui N. quā de ergastulo hui⁹ seculi vocare dignat⁹ es: et libera eā de principibus tenebraꝝ et de locis penaꝝ: vt absoluta omni vinculo peccatoꝝ: quietis ac lucis eterne beatitudine perfruatur: et inter sanctos et electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Qui cum deo patre. ꝛc. Aīa eius ꝛ aīe oīm fideliū defunctoꝝ per dei miam requiescāt in pace. Amē. Deinde deportet corpus ad ecclesiā: ibidem vel in cymiterio humandū

¶ Quādo deportari debet corpus defuncti ad ecclīaꝫ: imprimis sumat sacerdos spiculā et aspergat aquam benedictam super corpus exanime interim dicendo psalmum De profundis clamaui. quo dicto sequatur Kyriel. Xpel. Kyriel. Pater nr̄. Et ne nos. Sed libera Requiē etnā dona eis dñe. Et lux. A porta iferi. Erue. Credo videre. Dñs vo. Ore⁹. oꝛ. Inclina dñe. et oꝛ. Fidelium deus oīm. et finiatur sub vna cōclusione sic Qui cum deo patre. ꝛc. Requiescāt in pace. Amen. Si vero fuerit corp⁹ mortuū cū pcessione suscipiēdū: tunc eodē modo ordinet pcessio sicut in siplicib⁹ dominicis: preterꝙ in hac pcessione sacerdos ꝛ ministri ei⁹ in albis cum amictib⁹ induti incedāt: chor⁹ aūt in capis nigris quotidie. Et cum ad locum destinatum peruenerit processio: cadauer ipsum sacerdos aqua benedicta aspergat: et postea thurificet interim dicendo psalmum De profundis. vt supradictum est. Deinde in redeundo dum deportatur corpus ad ecclesiā cantetur sequens āñ. cantore incipiente āñ.



Chorus pse

Subuenite quai sancti de i occurrite

angeli domi ni suscipientes animã e-

ius offerentes e am in conspe ctu


al tissimi. ℣. Suscipiat te christus qui vocauit te

et in sinu abrahe angeli deducant te.


Repetat᷑ ã. Subuenite. Deiñ dicat p̄sm De p̄fundis. et post vnũquẽq3 ℣. repet ã. ⁊ postea si necesse fue. dicat eod̄ ordie p̄s. In exitu. ℞e postea i offi. sepul. deiñ i itroi. cimitiũ vl' citi⁹ ichoet ℟. Libera me. ⁊ dicat cũ hoc ℣. tñ Dies illa. ℞e i Dirige. añ l̄x. Nũq̄ portet ei corp⁹ alic⁹ defūcti circa cimitiũ: s3 directe i ecclia3 ⁊ si corp⁹ cañ. vl' alti⁹ magnat3 fue. i chor deferat᷑: sin aũt extra chor in ecclia p⁹ or. reliquat᷑. In int. ecclie d̄r hec ã. cãtore ici. ã

In paradisũ deducãt te angeli in suum conuẽtũ su-

scipiãt te martyres et perducãt te in ciuitatẽ sanctam



hie rusalem. ℣. Requiem eternam dona eis domi-



ne: et lux perpetua luceat eis.

Repetatur añ. In paradisum. Qua finita sequatur.



Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrie leyson.

Deinde aspgat sacer. aqua bñdicta corpus defuncti et thurifi. et: rogās astātes orare p aīa defūcti ita dicēs. Pro aīa N. et pro aīabus oīm fideliū defūctoꝝ. Pater nr̄. Et ne nos. Sed libera. A porta inferi. Non itres in iudiciū. Qr nō iustificabit. Dñs vo. Oremꝰ. Oratio.

Suscipe dñe seruū tuū in bonū hītaculū: et da ei requiē in regno celesti hīrlm̄. vt in sinu abrahe patriarche tui collocatus resurrectiōis diē pstoletur: et iter resurgētes ad gloriā resurgat/ et cū bñdictis ad dexterā dei venietibus veniat/ et cū possidētibus vitā eternā possideat. Per xp̄m. Aīa eiꝰ et aīe oīm fideliū defunctoꝝ per dei miaz in pace requiescāt. Amē. Deīde dicantur solēniter vigilie mortuoꝝ: et postea ꝯple. de die more solito. ¶ Ubi vero in die sepulture deportet corpꝰ ad eccliaz: tūc imediate post pdictā orō. Suscipe dñe dicat cōmēdatio aīaꝝ solēniter. vt ifra post vigi. mortuoꝝ patebit: et finito ps. Dñe pbasti. statim incipiatur missa pro defūctis. Deīde eat sacerdos cum stola et aqua bñdicta ad locum vbi sepeliēdus est mortuꝰ.

et signo crucis signet locum: et postea aspergat aquã benedictã. Deinde accipiat sacerdos fossoriũ vel aliud instrumentum et aperiat terram in modũ crucis ad longitudinẽ et latitudinem corporis defuncti dicẽs. Aperite michi portas iusticie et ingressus in eas confitebor domino: hec porta dñi iusti intrabunt in eam.

Dicãtur autẽ vigilie mortuorũ quotidie cũ missa in capo i crasti. vsq3 ad vigi. nati. dñi nisi i fes. noue lec. et a crastino octa. epie vsq3 ad terciã fer. ante pascha: et in ipa tercia fer. fiãt vigilie mortuorũ cũ ix. l. in conuentu cum missa in crastino nisi aliqd dup. fes. impediat: et tunc fiat predictum seruitiũ in aliqua die precedenti ipsius ebdomade que ad hoc vacauerit: videlz in dñica vel in scda feria: et sic cõpleatur seruitiũ mortuorũ vsq3 ad oct. pasc. nisi corp9 pñs forte ɔtiger.

¶ Post octa. vero pasche nõ fit seruitiũ mortuorũ in cõuentu: nisi corpus pñs affuerit vel dies ãniuersari9 vel dies tricẽnalis ɔtigerit vsq3 in crastinũ sctẽ trinit

In crastino autẽ sctẽ trinitatis: et ab hinc quotidie fiant vigilie mortuorũ vsq3 ad aduentũ do. nisi per oct assumptionis et natiuitatis btẽ marie et dedica. eccl'e

¶ Canonico vero defuncto / statutum est triginta dierum in conuentu obsequium fieri: et triginta psalteria separatim a quocunq3 presbytero vnumquemq3 presbyterorum / ac reliquos vero cuiuscunq3 ordinis sint viginti psalteria cantare: et ab vnoquoq3 in ebdomada sua priuatim eius anniuersarium celebrare.

¶ Impediũtur autem debite vigilie mortuorũ per totum annũ per festa duplicia in primis et scdis vespis: nisi corpus pñs affuerit: et in octa. die epyphanie et in alijs octa. quando dicitur hymnus Saluator mundi. In oĩbus etiã alijs festis nouẽ lec. et in do. et in festis

triū lec. et in octa. in quib⁹ chor⁹ regitur in primis vis tm̄. Sic fiat in cōmēoratiōe btē marie ꝙ scti loci. ¶ Fi ant aūt vigilie mortuorum cū nouē ps ix. ān. et ix. lec. qn̄cūq; corp⁹ adest pn̄s vel quādo dies anniuersar. vel dies tricēnalis ꝯtige. nisi in tp̄e pascha. ¶ In paschali vero tp̄e dn̄r tres ps et tres lc. cū tribus ān. sup ps ad lec. qualiscūq; noct. dr. et om̄s aāe sup ps ad vs. scz ad Placebo. et oēs aāe sup ps i laud. dicatur. ¶ Post oc. vero pasche in quacūq; feria schoetur officiū mortuorum: incipiat an. i primo noc. ꝙ cōpleātur duo seq̄ntes nocturni in eadē ebdomada si fieri potest: siue autē fie ri potest siue nō: deinceps nō seruetur ordo nocturnoꝝ sed feriarū in hoc tēpore sicut in aliis temporibus ob seruetur Ita tamen ꝙ quandocūq; fit seruitiū pro cor pore p̄senti cuiuscūq; fuerit et in anniuersariis et tri gintalibus episcoporū in predicto tp̄e semp antipho ne psalmi. ℣. lec. et duo ℟ia dicātur de primo noctur. ¶ Sciēdū est ꝙ in tp̄e pascha. semp erit terciū ℟. Libe ra me dn̄e de mor. cū his trib⁹ ℣. scz Dies illa ℣. Quid ergo. ℣. Nūc xp̄e. Quādocūq; dicatur hoc p̄dictum ℟. Libera me dn̄e, sēper reincipiatur post vltimum ℣sū. ¶ In anniuersar. vero epoꝝ ꝙ qn̄cūq; corp⁹ adest pn̄s et i die aiaꝝ tm̄: tercium sextū et nonū ℟. debēt repeti ab illis clericis q̄ ℣. ℟iorū cātauerunt. ¶ In quotidia nis obsequiis mortuoꝝ videlicet quādo corp⁹ non est pn̄s / vel dies anniuersar. vel tricēnalis nō habet tunc fiāt vigil. mortuoꝝ cū trib⁹ lec. tm̄ et ix. ps et vna sola ān. sup ps hoc mō. Ad vs. vna sola ān. scz Placebo. ps Dilexi. ps. Ad dn̄m cum tri. ps Leuaui. ps De profun dis. ps. Confitebor. iii. Repetita ān. post ps: dicat sa cerdos executor officii ℣ A porta inferi. ℟ Erue dn̄e. ān Audiui vocē. ps. Magnificat. Sequat Kyrie el. Xp̄el.

kyrie eleyson. Pr nr. deinde sine pnūciatiōe Et ne. dicat iste ps sine nota. Lauda aīa mea. finito ps dicat sacer. isto loco nec habitu mutato. ℣ Requiē eternā Et lux. A porta īferi. Erue do. Credo vi. In terra vi. Dñs vo. Et cum spi. iij. or di. tā ad Placebo. q̄ ad Dirige. sub determiatione quarū prima p epis/scda p fratrib⁹ et sororibus tercia gñal. Et dicāt iste or. ad Placebo. p totū ānū or De⁹ q̄ it apłicos. or. Deus ve. or. Fideliū d. nō dicat Dñs vo. neq Req̄escāt i. sed stati sine iuit. icipiat ān. Dirige. tñ qñ Dirige. nō dicatur. stati post Placebo. vt i. rl. & qñ or. p̄di. dicant in laud. vt a die aiar vsq ad quartā fer. añ pascha: tūc dicat ab ipso sacerd. execu. officiū ℣. Req̄escāt i pa. sine Dñs vo. post or. ad Dirige sup oēs ps añ lec. hec sola ān. Dirige. ps Uerba mea ps Dñe ne in. i. ps. De⁹ deus me⁹ in te spe. ps Dñs regit me. ps Ad te dñe leuaui. ps Dñs illuminatio. ps Expectās expe. ps Btūs q̄ itelligit. ps. Queadmodū Repetita ān. post pos: sacerd. executor officij dicat ℣. Cōplaceat tibi dñe vt eruas me. ℟. Dñe ad adiuuādū me re. Pr nr. deide dicat sacerd. in audiētia Et ne nos chor⁹ Sed libera nos. similiter i audiētia. Oēs lec. legant in. ij. forma. ℟. quoq ℟ rorū ab ipsis lectoribus dicant. Ita q pria & tercia lc. ex parte cho. legāt: & scda lc. ex altera pte. et hec oia sine nota dicāt stati post vs de sctā maria añ zplet. de die. In lectiōib⁹ legēdis & ℟ijs cātādis ordo feriarū seruet/vidēlz die dñica & fer. quarta/lectiones & ℟ia de primo nocturno/et scda & quīta fer. lc. & ℟ia de scdo noc. & tercia et sexta fer. lc. & ℟ia de tercio noc. ita tñ q sēp in tercia & sexta fer. sit terciū ℟. Libera me dñe de vijs īferni. In obseq̄ijs mortuorū cū noue ps et trib⁹ lec. terciū ℟. nunq repetat añ laudes quādo sequūtur lau. ztinue/vt a festo sācte trini

usq ad festũ oim sctõꝝ dicat sacer. hũc ℣ Requiescãt i pace. ℟. Amẽ. In lau. hec sola ã. Exultabũt. ps. Miserere. Te decet. Deus de⁹ me⁹. Ego dixi. Laud dñm de celis. Repetita ã. post p̃os dicat sacerd. ℣. Requiẽ etet. ℟. Et lux. ã. Ego sũ. ps Bñdict⁹. sequat Kyriel. Xpel. kyriel. Pater nr̃. Deinde sine pnũciatiõe. Et ne nos. dicat sine nota. ps. Exaltabo. deiñ dicat sacer. Requiẽ eternã. Et lux. A porta iferi. Erue. Credo videre. In terra vi. Dñs vo. Oremus. orõ Deus cuius mie. orõ. Inclina dñe. Et finiãtur sub vna termiatiõe sic Per xp̃m do. sequat Orem⁹. deiñ dñr orões p defũctis familiarib⁹ ad placitũ: quib⁹ expletis sequat orõ gñalis i audiẽtia. scꝫ Aiab⁹ q̃s dñe. q̃ termietur sic Qui cũ deo patre et spũ sancto viuis et regnas de⁹. Per oia secula seculoꝝ. Amẽ. Requiescãt in pace. Amẽ. sine Dñs vo. Qñ laud nõ sequitur cõtinue post lec. vt a die aiaꝝ vsq ad quartã fer. añ pascha: tũc nõ dicat ante lau. ℣. Requiescãt i pace. sꝫ post vlti. ℟. dicat kyriel. Xpel. kyriel. Pater nr̃. sine Et ne nos. Deinde dicat ps. Exaltabo. sine nota cũ ℣. et orõibus q̃ dicẽde sunt ad lau. alio tp̃e. Laudes vo tunc dñr post matu. de die et de sctã maria supra nõ. et tũc post p̃m Bñdictus. di kyrieleyson. Xpel. kyriel. Pater nr̃. sine Et ne nos. cũ p̃. Uoce mea ii. cum ℣. et orationibus que dicebantur ad Placebo, et hec oia tam ad Dirige. q̃ ad Placebo. sine nota dñr


¶ Sciendũ est q̃ qñcũq dicitur seruitiũ mortuoꝝ in conuentu: nisi corpus presens fuerit vel anniuersari⁹ epyscopoꝝ vel decanoꝝ: et nisi i die aiaꝝ semper dicit Placebo. sedẽdo vsq ad an. post p̃os sicut fiat in lau. ad Dirige. vero per totum tempus sedet chorus nisi an. super psalmos ante lectiones dicitur vsq ad inceptionem lec. Ita tamẽ q̃ lec. et ℣. Rõrũ stando dicũtur: et

legãtur ab illis clericis scilz qui dicturi sũt tñ: chorus vero interi sedeat. In repetitiõe aũt noni Rij post vlt ꝟ.stet chor⁹ vsqꝫ ad p̄rimã ãn. incipiendã super laudes Prostratus vero debet esse chorus in omni feria quã do de feria agitur extra tẽpus paschale in vigilijs mor tuorum trium lect. ad **Placebo** ex quo dicitur **Kyrie el** donec vltia orõ cõpleat: et ad **Dirige.** sit dũ dr **Pr nr.** añ lec. et p⁹ vlti. R. qñ nõ sequũt ↄtinue laud. et post p̄. **Benedictus.** eodem modo quo post psal. **Magnificat** ad **Placebo.** Et hoc sit gñale per totum annũ: ꝙ quoti ens fiunt genuflexiones in choro ad vesperas vel ad matutinas diei: totiẽs fiãt in sequẽtib⁹ obsequijs mor tuorũ ꝗuis fiant nouẽ lect. nisi corpus p̄ñs fuerit vel nisi dies anniuersarius eiusdẽ ecclie ep̄oꝝ: tunc enim genuflectere chorũ nõ lz: sed cõtinue stare tenetur ad **Placebo.** quousqꝫ finiatur: et etiã in singulis noct. ad **Dirige.** dum dicitur orõ dñicalis ante lec. et in lau. tñ ad .i. p̄m. s. **Miserere.** et a ꝟsiculo ante p̄m **Bñdictus.** quousqꝫ illi⁹ obsequij offĩn expleatur. In reliqua psal modia et in oĩbus alijs sedere debet. Sciendũ est ꝙ in vigilijs mortuoꝝ nunꝗ̃ fiunt prostratiões in pascha li tp̄e: nec in aliquo festo trium lectionũ vel nouem le ctionũ: nec in cõmẽo. beate marie vel sancti loci: nec in octa. nec infra octa. sctõꝝ. Quãdo vero corp⁹ adest p̄ñs et i ãniuersarijs ep̄oꝝ oẽs clerici stare tenẽtur ad **Placebo.** per totũ tp̄s ad **Dirige.** vt in alio tẽpore ad laudes similiter per totũ tp̄s nisi ab inceptione psal. **Te decet.** vsqꝫ ad ꝟ. ante **Bñdictus.** In vigilijs quoqꝫ mortuoꝝ triũ lec. extra tp̄s paschale oẽs ꝟsiculi dicã tur a sacerdote executore officij loco nec hitu mutato In vigi. mortuoꝝ. ix. l. simp. p̄ria ã. sup p̄. ad **Placebo.** in sup̄iori gradu ichoet. cete oẽs ãe i. i. forma discurrãt

excepta ān. sup Mag. et pͥma ān. sup p̄os ad Dirige. et pͥa ā. ad laud. et ā. sup Bn̄dict⁹: q̄ in supiori gradu discurrāt. Tres pͥme lec. in pͥa forma legātur: loco nec hitu mutato sua quoq3 R̷ia ab eisdē lectorib⁹ cātēt Tres medie lc. in scda forma cū suis R̷ijs dicātur tres vlti. lec. in supiori gradu eodē mō cū suis R̷ijs dicātur Ita tn̄ q scd̄s v̷. vltimi R̷ij in eodē gradu ex opposito dicatur. Terci⁹ sit ex parte chori in eodē gradu dicat. Cetera vt p̄dictū est sūt exequēda. ¶ Iste mod⁹ seruitij mortuoꝝ locū habet in oī anniuersa. et triginta. post pͥmū diem trigita. ¶ In anniuer. tamē simpli. canonicoꝝ vltimū R̷. a duob⁹ de supiori gradu dicat ad gradū chori hitu nō mutato cū suis trib⁹ v̷. In pͥma quoq3 die triginta. simpli. canon̄. eodē mō vltimū R̷. dicatur: sed tn̄ post vltimū v̷. R̷ij ab ipis cātoribus ad gradū chori repetatur R̷. et a cho. percātetur. Preterea sexta lec. in supiori gradu cū suo R̷io dicat. ¶ In anniuer. vero archidiaconoꝝ ⁊ subdya. vel succentoꝝ mod⁹ seruitij fiat sicut in pͥo trigin. simpli. canonici. ¶ In anniuer. cantoꝝ/thesaur/cancellar/an. q̄ in simplicib⁹ vigi. solēt esse in pͥma forma: in scda forma discurrāt. cetera vt in die trigintali de canonicis. ¶ In anniuer. decani sile seruitiū obseruetur. qd̄ de ceteris personis except. q tercia lec. in scda forma. vi. lec. in superiori gradu cū suo R̷. dicat. ¶ De psonis vo eccl̄e in ep̄os p̄mot; in alijs ecclesiis fit serui. in coꝝ āniuersa. iuxta dignitat; sue exigētiā quā ante p̄motionē in ecclesia Sar. habuerit. ¶ De alijs vo ep̄is extraneis/et pro regib⁹ pro qb⁹ fit serui. eodē mō fiat quo in āniuer. canoni. simpli. Sciendū tn̄ est q de alijs solūmodo fit seruitiū in anniuersarijs q̄ scribūtur in martyrologio ¶ Sciendū est autē q in anniuersario quattuor pͥci-


palliū psonarū excellētior sacerdos exequit officiū. Epūs vero in anniuersa. epōrū pdecessorū officiū exequit. ¶ In anniuersa. et triginta. epōrū Sarū eccl'ie totū seruitiū discurrit more duplicis festi. scz Johānis baptiste: habitus tamē nō mutet in legēdo vel cātando. Tabula etiam de lec. legēdis et R'ijs cantādis disponitur sicut in pdicto festo/excepto q nullū R. a tribus cātatur: nisi ix. Terciū quoq sextū ⁊ nonū repetāt ab illis clericis q v. R'iorū cātauerint. lectōes vero nō in pulpito sed ad gradum chori super lectrinū legātur. Executor tamē officij in orōibus dicēdis locū nō mutet nec habitum. Oēs autē v. dicātur ⁊ respōdeātur sub eodē tono quo in tribus noctibus ante pascha: sed in audientia nō respondeantur. ¶ In omnibus alijs anniuersarijs et trigintalibus prima ān. super primū psalmū ad Placebo in superiori gradu inchoetur cetere oēs āe in scda forma discurrāt per ordinē: excepta ā. sup pūm Magnificat et pria ā. sup primū p. ad Dirige. ⁊ pria ā. ad laudes. et ā. sup Bñ. q in supiori gradu discurrāt. Sex prie lec. in scda forma legātur: loco nec habitu mutato. v. quoq R'iorum ab eisdē lectoribus cantētur. Septima lect. cū v. R'ii sui: et sic deinceps in supiori gradu supradicto mō discurrāt. Ita tñ q nonū R. a duob' de supiori gradu cantetur ad gradū chori hītu nō mutato cum suis v'si. ¶ Et sciendū est q semper dicatur a sacerd. Et ne nos post Pater nr. ante sceptione lec. quēcūq dicat seruitium mortuorū tā triū q nouē lect. Oēs vo v. ab aliquo sacerdote de supiori gradu dicātur sub eodē tono qui i tribus noctibus ante pascha/loco nec habitu mutato vel ab executore officij et rñdeat chor' supradicto mō. ¶ Quādo vero fit seruitiū pro corpore presēti nō pro canonico omnes ant. pter quinq principales in scda

forma supradicto mõ discurrãt due prime lect. cũ suis ℞. in prima forma: terciũ et quartũ in scda forma. q̃ntum ꝛ sic deinceps in supiori gradu. Singla vero ℞ia a duob⁹ ad caput defũcti ad oriẽtẽ ꝯuersis hitu nõ mut cãtẽtur vltim vo ℞. a tribus cũ repetitiõe cantet: loco et hitu suprad. Ita tñ ꝙ ab ipis cãtorib⁹ cãtet ꝛ ichoet. Siguli vo vsi. a duob⁹ pueris ibid dicant hitu nõ mut.



Requiẽ eternã dona eis domine.

Nõ respõdeatur in audiẽtia quãdo dr a duobus. cetera vti vigilijs predictis.



Et lux perpetua luceat eis.

Si vero fuerit corpus canonici cuiuscũq; eodẽ mõ fiat seruitiũ sicut i ãniuersarijs epõꝝ eiusdem ecclie

¶ In vigilijs mortuoꝝ ad vesperas sine Deus in adiutorium. incipiatur in superiori gradu. Antiphona.




Placebo. Amen. ps.





Dilexi quoniã exaudi-




et dominus: vocem orationis mee. Quia inclinauit aurẽ suã michi: et in diebus meis iuocabo. Circũdederũt me dolores mortis: et pericula iferni iuenerũt me. Tribulationẽ ꝛ dolorẽ iueni: ꝛ nomẽ dñi iuocaui. O dñe libera animã meã misericors dñs et iustus: et deus nr̃ miseret. Custodiẽs paruulos dñs: hũliat⁹ sũ et liberauit me Conuertere aia mea in requiẽ tuã: qꝛ dñs benefecit tibi. Quia eripuit aiam meã de morte/

oculos meos a lachrymis pedes meos a lapsu. Iste sequens v. scz Placebo dño i regione vivorũ. eo q̃ idẽ est cũ añ. sequẽti nõ dicatur p versu nisi tñ i quotidianis obsequiis mortuorꝝ. qñ vna sola añ. dr̃ super ps̃os: sed finito versu Qz eripuit. immediate sequatur antipho.




Placebo dño in regione vivorꝝ. Heu me. Amen. ps̃.

AD dñm cũ tribularer clamavi: ꝫ exaudivit me. Dñe libera aiam meã a labiis iniquis: ꝫ a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguã dolosã? Sagitte potẽtis acute: cũ carbonibus desolatoriis. Heu michi qꝛ icolatus meus prolõgatus est/habitaui cũ habitantib' cedar: multũ incola fuit aia mea. Cũ his qui oderũt pacẽ eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. añ.



Heu me quia incolatus meus prolõgat' est. ã. Dñs.




Amen. ps̃.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxiliũ michi Auxiliũ meũ a dño: qui fecit celum et terram. Non det in cõmotionem pedem tuum: neq dormitet qui custodit te. Ecce nõ dormitabit neq dormiet: qui custodit israel. Dominus custodit te dominus protectio tua: super manum dexterã tuam. Per diem sol non vret te: neq luna per noctẽ. Dñs custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dñs. Dñs custodiat introitũ tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et vsq in seculum. añ.



Dominus custodit te ab omni malo custodiat animã




tuam dominus. an. Si iniquitates. Amen. ps.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã. Fiant aures tue intendẽtes: in vocẽ deprecatiõis mee. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit? Quia apud te propiciatio est: et propter legẽ tuã sustinui te dñe. Sustinuit aĩa mea in verbo eius: sperauit aĩa mea in dño. A custodia matutina vsq; ad noctẽ: speret israel in dño. Quia apud dñm mĩa: et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Antiphona.




Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis




sustinebit? an. Opera. Amen. ps.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo: qm audisti verba oris mei. In cõspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad tẽplum sanctũ tuũ et cõfitebor nomini tuo. Super misericordia tua et veritate tua: qm magnificasti sup omne nomẽ sanctũ tuũ. In quacũq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in aĩa mea virtutẽ. Cõfiteantur tibi dñe oẽs reges terre: qz audie

tunt omnia verba oris tui. Et cantent in viis dñi: qm magna est glia dñi. Qm excels' dñs et hu̅ilia respicit: et alta alõge cognoscit. Si ãbulauero in medio tribulatiõis viuificabis me: et sup irã inimicorum meorum extẽdisti manũ tuã et saluũ me fecit dextra tua. Dñs retribuet p me dñe mia tua in scl'z: opa manuũ tuarum ne despicias.



Deinde dicit' vs' hoc mõ. Añ. Opera manuũ tuarum dñe ne despicias. Versus.



A porta inferi. R. Erue dñe aĩas eorum. Et sciendũ est q qñcũq corp' pñs fuerit: et in ãniuersariis et trigitalib' epõrum Sarum eccl'ie: et in die aĩarum oẽs v. tã ad Placebo. q ad Dirige. a duob' pueris pariter stãtibus ad oriẽtem cõuersis habitu nõ mutato: sub tono supradicto cãtẽtur: et sub silẽtio rñdeãtur. Ita q in anniuersariis et trigitalibus epõrum et in die aĩarum ad gradũ chori in medio: et qñcũq corp' psens affuerit ad caput defuncti dicãtur. In omnibus vero aliis anniuersariis et trigitalibus et quãdo vltimo fit seruitium mortuorum ante pascha: oẽs v. ab aliquo sacerdote in superiori gradu vel ab executore officii loco nec habitu mutato sub tono supradicto dicãtur: et tunc semp rñdeat chorus sub hoc tono.



R. Erue dñe aĩas eorum. Añ. Audiui vocẽ. Amen. ps

Magnificat: anima mea dñm. Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo. Q' respexit hu̅ilitatẽ ancille sue: ecce eni ex hoc beatã me dicẽt omnes gñationes. Q' fecit michi magna qui potẽs est:

et sanctũ nomen eius. Et mĩa eius a progenie in progenies: timẽtibus eũ. Fecit potentiã in brachio suo: dispersit superbos mẽte cordis sui. Deposuit potentes de sede: et exaltauit huiles. Esurientes ipleuit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerũ suũ: recordatus mie sue. Sicut locutus est ad patres nostros: abrahã et semini eius in secula. Nunc enim thurificetur corpus alicuius defuncti ad Placebo. vel ad Dirige. secundum vsum Sar. Antiphona.






moriũtur. Kyrieleysõ. Xpe eleysõ. Kyrie leyson. Pater nr̃. Dein sine pnũcia. Et ne. dicat iste p. sũ nota

Lauda aĩa mea dñm laudabo dñm in vita mea: psallã deo meo q̃diu fuero. Nolite cõfidere in principibus: nec in filijs hominũ in quibus nõ est sal⁹. Exibit spiritus eius et reuertetur in terrã suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eor. Btũs cui⁹ deus iacob adiutor eius spes eius in dño deo ipsius qui fecit celum et terram: mare et omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatẽ in seculũ: facit iudiciũ iniuriã patientibus/dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cecos. Domin⁹ erigit elisos: dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas/pupillũ et viduã suscipiet: et vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula deus tuus syon: in generatione et gñatione. Finito psalmo


dicat sacerdos loco nec habitu mutato versiculum.




Requiē eternā dona eis domine. Et lux perpetua



luceat eis. A porta inferi. Erue domine aīas eorū.



Credo videre bona domini. In terra viuentium.



Dominus vobiscū. Et cum spiritu tuo. Oremus.
Sciendū est ꝙ qñcūq; corpus adest pñs nisi fuerit epi/
regis/regine vel alteri⁹ magnatis sꝫ dicātur sub tono
sequēti et sub vna ꝯclusiōe tā ad **Placebo.** ꝙ ad **Dirige**
quattuor orōes: quarꝫ prima sit p corpe pñti. Scda p
epis. Tercia p fratribus et sororib⁹. Et quarta gñalis.
Si vō eodē die dies āniuersari⁹ vel trigitale alicuius
nō ꝯple. ꝯtigerit: tunc sit scda orō pro illo āniuersario
vel trigitali: tercia pro frib⁹ et sororib⁹: et quarta gñal.
Et si trigitale simul cū āniuersario eodē die cōtigerit:
tūc sit scda orō pro illo trigitali: tercia pro āniuersario
et quarta gñalis. Tñ hoc nō vsitatū est in eccl'ia Sarꝫ:
imo differātur ibidē hmōi solēnitates: et vnaqq; p se so/
lēnitas celebret. lꝫ i ecclesijs prochialib⁹ fieri nō valeat
¶ Silr in oib⁹ āniuer. vel trigin. sꝫ dicāt iiij. orōes sub
vna ꝯclusiōe tā ad **Placebo.** ꝙ ad **Dirige.** quarꝫ pria sit

p̄ro illo ãniuer. vel trigitali. scḋa p̄ ep̄is. tercia p̄ro fratribus et sororib' et quarta gñalis. ¶ Pro corp̄e p̄nti cuiuscūq3 fue. tã ad Placebo. q̄ ad Dirige dr̄ hec orō.

Deus cui p̄rop̄riū est misereri semp̄ & parcere te supplices dep̄camur p̄ro aīa famuli tui vel famule tue N. quã hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt nō tradas eã i man' inimici nec obliuiscaris i finē sed iubeas illã ab ãgelis scīs suscipi: atq3 ad regionē viuoꝝ p̄duci: & q2 in te sp̄auit & credidit: sctōꝝ tuoꝝ mereat̄ so-

In anniuersario de quocūq3 fuerit ad Placebo tãtū dicat̄ hec seq̄ns oratio.

Deus indulgētiaꝝ dn̄e da aīe famuli tui vel famule tue N. cuius anniuersariū depositionis diē cōmemoramus refrigerij sedem quietis btītudinē/luminis claritatem. cietate letari.

¶ Pro trigita. ɔplēdo vel ɔpleto seu cōmeōratiōe vni' defūcti vl' plioꝝ tã ad Placebo q̄ ad Dirige. dr̄ hec orō.

Deus cui p̄rop̄riū est misereri semp̄ et parcere: p̄piciare aīe famuli tui vel famule tue N. & omnia eius p̄ctã dimitte. vt mortis vinculis absolut' vel absoluta transire mereatur ad vitã. ¶ Pro epyscopis defunctis ad Placebo. tantū dicitur ista oratio.

Deus qui īter apostolicos sacerdotes famulos tuos pōtificali fecisti dignitate censeri: p̄sta q̄s. vt quoꝝ vicē ad horã gerebãt in terris: eoꝝ perpetuo consortio letentur in celis. ¶ Pro fratribus et sororibus ad Placebo. tantum dicitur ista oratio.

Deus venie largitor & hūane salutis auctor q̄s clemētiã tuã: vt nr̄aꝝ ɔgregationū fratres & sorores qui ex hoc sclō trãsierunt īterceḋete btã maria sēp virgīe et btō michaele archãgelo cū omnibus sanctis: ad perpetue beatitudinis cōsortiū peruenire cōcedas.

Oratio gñalis ad Placebo. tantũ dicatur ista oratio.

Fideliũ de⁹ oĩm cõditor et redẽptor alab⁹ oĩm fideliũ defũctor remissionẽ cũctor tribue pctõrũ. vt indulgẽtiã quã sẽp optauerũt: pijs supplicatiõib⁹ cõ

sequãtur. Qui cum deo patre et spũsancto viuis et

regnas deus. Per omnia secula seculorum. ℞. Amẽ

Non dr̃ Dñs vo. neq; Requiescãt in pace. sed absq; interuallo incipiãtur matutine mortuor. vt patet inferi⁹. Tamẽ qñcũq; nõ dr̃ Dirige. stati post Placebo vt in die aĩar et in xl. ꝫ qñ orões pdicte dñr in laudibus: vt a die animar vsq; ad quartã feriam ante pascha. Tunc finita oratione Fideliũ. vt supradictũ est: statim dicat sacerdos executor officij sine Dñs vobiscũ. hoc modo

Requiescãt in pace. ℞. Amẽ.

In quotidianis tñ obsequijs mortuor tcia lec. sẽp sine nota dr̃ ꝫ tñ deatur. Ad matutinas mortuor nõ dr̃ Dñe labia. nec Deus in adiutorium. sed sine Inuitat. et sine psal Venite. incipiãtur an. in superiori gradu hoc mõ ℂ In primo nocturno. ãn.

Dirige. Amen.

Verba mea aurib⁹ pcipe dñe: intellige clamorẽ meũ. Intẽde voci orõis mee: ps. rex me⁹ ꝫ de⁹ me⁹ Qm ad te orabo dñe: mane exaudies vocẽ meã Mane astabo tibi et videbo: qñ non deus volens iniquitatẽ tu es. Neq;

habitabit iuxta te malign⁹: neq̄ pmanebūt iniusti ante oculos tuos. Odisti oēs qui operātur iniq̄tatē: perdes oēs qui loquūtur mendaciū. Uirū sanguinū et dolosum abominabitur dn̄s: ego autē in multitudine mie tue. Introibo in domū tuam: adorabo ad templum sanctū tuum in timore tuo. Dn̄e deduc me in iusticia tua pp̄ter inimicos meos: dirige in cōspectu tuo viam meā. Quī nō est in ore eo⁊ veritas: cor eo⁊ vanū est. Sepulchrū patēs est guttur eo⁊: linguis suis dolose agebāt iudica illos deus. Decidāt a cogitationib⁹ suis scd̄m multitudinē impietatū eo⁊ expelle eos: quoniā irritauerūt te dn̄e. Et letētur oēs qui sperant in te: in eternū exultabūt et habitabis in eis. Et gliabūtur in te oēs qui diligūt nomē tuū: qm̄ tu bn̄dices iusto. Domine vt scuto bonevoluntatis tue: coronasti nos. ān.



Di rige domine de us meus in cōspectu tuo viam



meam. ān. Conuertere. Amen. Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq̄ in ira tua corripias me. Miserere mei dn̄e qm̄ infirmus sum: sana me dn̄e qm̄ ꝯturbata sūt ossa mea. Et aīa mea turbata est valde: sed tu dn̄e vsq̄quo. Conuertere dn̄e et eripe aīam meā: saluū me fac pp̄ter miam tuam. Quī nō est in morte qui memor sit tui: in inferno aūt quis cōfitebitur tibi. Laboraui i gemitu meo lauabo per singulas noctes lectū meū: lachrymis meis stratum meū rigabo. Turbatus est a furore oculus

meus: inueterauii inter omnes inimicos meos. Disce
dite a me omnes qui operamini iniquitatē: qm̄ exau-
diuit dn̄s vocē fletus mei. Exaudiuit dn̄s depcationē
meam: dominus orationē meā suscepit. Erubescant
et cōturbētur vehemēter omnes inimici mei: cōuer-
tantur et erubescant valde velociter. Antiphona.







est in morte qui memor sit tui. a̅. Neqn̄. Amen. ps.

Domine deus meus in te speraui: saluū me fac
ex oībus persequētibus me et libera me. Ne-
quando rapiat vt leo aīam meā: dum non est qui redi-
mat neq̄ qui saluū faciat. Domine deus meus si feci
istud: si est iniqtas in manibus meis. Si reddidi retri-
buētib⁹ michi mala: decidā merito ab inimicis meis ia-
nis. Persequatur inimicus animā meā: cōprehendat
et conculcet in terra vitam meā/ et gloriā meā in pul-
uerem deducat. Exurge domine in ira tua: & exaltare
in finibus inimicor̄ meor̄. Et exurge dn̄e deus meus
in precepto quod mandasti: et synagoga populorū cir-
cūdabit te. Et propter hanc in altū regredere: domi-
nus iudicat populos. Iudica me dn̄e secundū iustici-
am meā: et secundū innocentiā meam super me. Cō-
sumetur nequicia peccatorum et diriges iustum: scru-
tans corda et renes deus. Iustum adiutoriū meum
a domino: qui saluos facit rectos corde. Deus iudex
iust⁹ fortis et patiēs: nūqd irascitur per singl'os dies.

Nisi cõuersi fueritis gladiũ suũ vibrauit: arcũ suum tetendit et parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturit iniusticiam: concepit dolorem et peperit iniquitatem. Lacũ aperuit et effodit eũ: et incidit in foueã quã fecit. Cõuertetur dolor eius in caput eius: et in verticẽ ipsius iniquitas eius descẽdet. Cõfitebor dño secũdũ iusticiam eius: et psallam nomini dñi altissimi. añ.





qui redimat neq₃ qui saluum faciat.

℣ A porta inferi. ℟ Erue dñe aĩas eorum. Pr nr. Deinde dicat sacerd. in audiẽtia sub tono consueto Et ne nos. Cho. sistr in audiẽtia sub eodẽ tono rñdeat Sed libera qđ per totũ annũ obseruet in obsequiis mortuorum cũ nota dicẽdis: qualiscũq₃ nocturn⁹ dr ãte lctões. ac etiã in die alarum. Nõ dr Jube. nec Tu autem. sed ex verbis lect. finẽ faciãt lectores. vt infra patebit. Lectio prima.

Parce michi domine: nichil enim sunt dies mei Quid est homo quia magnificas eũ: aut quid apponis erga eum cor tuũ: Visitas eum diluculo: et subito probas illũ. Usq₃ quo nõ parcis michi: nec dimittis me vt glutiam saliuam meã: Peccaui. Quid faciã tibi o custos hoim: Quare posuisti me contrarium tibi: et factus sum michimetipsi grauis: Cur non tollis peccatum meũ: et quare non aufers iniquitatẽ meã: Ecce nũc in puluere dormio: et si mane me quesieris

non subsistam.

Eodem modo finiantur omnes lectiones in vigiliis mortuorum: preter secundam lectionem. Responsorium.



Credo q redēptor meus vi uit et in nouis simo di e de ter ra surrectu rus sum. Et in carne me a vide bo de um saluato rem me um.

℣. Quē visurus sum egoipse et nō ali us et oculi mei con specturi sunt. Et in carne me a.

Tedet aīam me- Lec. aīe vite mee: dimittam aduersū me eloquium meū. Loquar in amaritudi

ne aie mee: dicā deo. Noli me cōdēnare. Indica michi: cur me ita iudices: Nūqd bonū tibi videt si calūnieris et opprimas me op9 manuū tuar: et cōsiliū ipior adiuues: Nūqd oculi carnei tibi sūt: aut sicut videt hō et tu vides: Nūqd sicut dies hois dies tui: et āni tui sicut humana sūt tpra: Ut qras iniqtatē meā: et peccatū meum scruteris Et scias quia nichil impiū fecerim cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. R.



Qui lazarum resuscita sti a monumento feti dū. Tu eis domine dona requiem et locum indulgēti e. V. Qui venturus es iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Tu eis.

Lectio iii.

Manus tue fecerūt me et plasmauerūt me totū in circuitu: et sic repente pcipitas me. Memento queso q sicut lutū feceris me: et in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti

me: et sicut caseū me coagulasti: Pelle et carnibus vestisti me: ossibus et neruis compegisti me. Uitam et misericordiam tribuisti michi: et visitatio tua custodiuit spiritum meum. Responsorium.

Domine quādo veneris iudicare terrā vbi me abscondā a vultu ire tue. Quia peccaui nimis in vita mea. Cōmissa mea pauesco et āte te erubesco dū veneris iudicare noli me cōdēnare.
Quia peccaui. Qñcūq corpus adest psis & in anniuersariis epor tm. ac etiā in die aiar repetatur terciū/sextum et nonū R. ab illis clericis qui V. R ii precedētis cantauerunt. In secundo nocturno antiphona.

In loco. Amen. Psalmus.

DOminus regit me et nichil michi deerit in loco pascue ibi me collocauit. Super aquā refectionis educauit me: aīam meā cōuertit. Deduxit me super semitas iusticie: propter nomē suū. Nam et si ambulauero in medio umbre mortis: non timebo mala qm̄ tu mecū es. Uirga tua et baculus tuus: ipa me cōsolata sūt. Parasti in cōspectu meo mensā: aduersus eos qui tribulāt me. Impinguasti in oleo caput meum: et calix me⁹ inebriās q̄ preclarus est. Et mīa tua subsequetur me: oībus diebus vite mee. Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinē dierum. āa.



In loco pascue ibi me collocauit. Delicta. Amen. ps.


AD te dn̄e leuaui aīam meā: deus meus in te cōfido non erubescā. Neq3 irrideāt me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinēt te non cōfundētur. Cōfundātur omnes iniqua agētes: superuacue. Uias tuas domine demōstra michi: et semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus saluator meus et te sustinui tota die. Reminiscere miserationū tuarum dn̄e: et miarum tuarū que a seculo sunt. Delicta iuuentutis mee: et ignorantias meas ne memineris. Secundū misericordiā tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam domine. Dulcis et rectus dn̄s: propter hoc legem dabit delinquētibus in via. Diriget māsuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Uniuerse vie domini mīa et veritas: requirētibus testamētū eius et testimonia eius. Propter nomē tuū dn̄e propiciaberis peccato meo: multū est eni. Quis est homo qui timet dn̄m: legem

statuit ei i via quā elegit. Anima ei⁹ in bonis demorabitur: et semen ei⁹ hereditabit terrā. Firmamētū et dn̄s timentibus eum: et testamentū ipsius vt manifestetur illis. Oculi mei semper ad dn̄m: quoniā ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me et miserere mei: q2 vnicus et pauper sū ego. Tribulationes cordis mei multiplicate sūt de necessitatib⁹ meis erue me. Vide humilitatem meam et laborem meū et dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos qm̄ multiplicati sūt: et odio iniquo oderūt me. Custodi aīam meā et erue me: nō erubescā qm̄ speraui in te. Innocētes et recti adheserūt michi: quia sustinui te. Libera deus israel: ex oībus tribulationibus suis. an̄.

Delicta iuuētutis mee et ignorātias meas ne memineris domine. an̄. Credo videre. Amen. ps.

Dominus illuminatio mea et salus mea: quē timebo. Dn̄s ꝓtector vite mee: a quo trepidabo. Dū appropiāt sup me nocentes: vt edant carnes meas. Qui tribulāt me inimici mei: ipsi ifirmati sūt et ceciderūt. Si cōsistant aduersū me castra: nō timebit cor meū. Si exurgat aduersum me preliū: in hoc ego sperabo. Vnā petij a domino hanc requirā: vt inhabitem in domo dn̄i oībus diebus vite mee. Vt videā voluntatem domini: et visitē templū eius. Quoniā abscondit me in tabernaculo suo in die malorū: protexit me i abscōdito tabernaculi sui. In petra exaltauit.


me: et nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Circuiui et imolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo et psalmum dicam domino. Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me. Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram. Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto ne derelinquas me: neque despicias me deus salutaris meus. Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me. Legem pone michi domine in via tua: et dirige me in semita recta propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi. Credo videre bona domini: in terra viuentium. Expecta dominum viriliter age: et confortetur cor tuum/et sustine dominum. An.




Credo videre bona domini: in terra viuentium. Uersus In memoria eterna erit iustus. R. Ab auditione. Pater noster. Lectio iiii.

Quantas habeo iniquitates et peccata: scelera mea atque delicta ostende michi. Cur faciem tuam abscondis: et arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam: et stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines: et consumere me vis peccatis adolescentie mee. Posuisti in neruo pedem meum: et obseruasti omnes semitas meas: et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum: et quasi vestimentum quod comeditur a tinea. Rm.






vita mea q̃d faciam mi ser v bi fu giam nisi




ad te deus me us mise re re me-



i. Dum vene ris in nouissimo



di e. ℣. A nima mea turbata est val de: sed



tu domine suc curre e i. Dum vene. ℟. ℣.

Homo nat' de mliere: breui viuẽs tp̃e replet' mlt' miseriis. Qui q̃si flos egredit' et cterit' et fugit velut vmbra: et nũq̃ i eodẽ statu pmãet. Et dignũ duc' sr huiuscemõi apire oclos tuos: et adducere eũ tecũ i iudiciũ. Quis põt facere mũdũ: de imũdo ceptũ semie? Nõne tu q̃ sol' es? Breues dies hoĩs sũt: nũer' mẽsiũ ei' apd te ẽ. Cõstituisti tmĩos ei': q̃ pteriri n̄ poterit. Recede ergo paululũ ab eo vt q̃escat dõec optata veniat: et sicut mercẽnarii dies ei'. ℟. iii.





Ne recorderis peccata me a do-
pi



mine. Dñ vene ris iudicare se culum

per i gnẽ. ꝟ. Dirige domine deus



meus in cõspectu tuo viam me am. Dñ. l. vi

Quis michi hoc tribuat vt in iferno ꝓtegas me: et abscõdas me/ donec pertrãseat furoꝛ tuus: et constituas michi tp̃s in quo recoꝛderis mei: Putas ne moꝛtuus homo rursũ viuat: Cũctis diebus quib⁹ nũc milito: expecto donec veniat imutatio mea. Uocabis me: et ego respondebo tibi. Operi manuũ tuaꝝ poꝛriges dexterã. Tu quidẽ gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. Responsoꝛium.



Domine secũdũ actũ me um noli me



iudi ca re nichil dignũ in conspectu




tu o e gi. J deo de pre coꝛ ma-












In .iij. no. ã. Cõplaceat. Amen. ps.

Expectans expectaui dñm: et intẽdit michi. Et exaudiuit ꝑces meas: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. Et statuit supꝛa petrã pedes meos: et direxit gressus meos. Et imisit in os meũ canticũ nouũ: carmẽ deo nostro. Videbũt multi et timebũt: et sperabunt in dño. Beatus vir cuius est nomẽ dñi spes eius: et nõ respexit in vanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu dñe deus meꝰ mirabilia tua et cogitationibꝰ tuis: nõ est qui similis sit tibi. Annũciaui et locutus sũ: multiplicati sunt sup numerũ. Sacrificiũ et oblationẽ noluisti: aures autẽ perfecisti michi. Olocaustũ ꝫ pꝛo pctõ nõ postulasti: tũc dixi ecce venio. In

capite libri scriptū est de me vt facerē volūtatē tuā: de᷒ meus volui et legē tuā in medio cordis mei. Annunciaui iusticiā tuā in eccl'ia magna: ecce labia mea nō p-hibebo dñe tu scisti. Iusticiā tuam nō abscōdi i corde meo: veritatē tuā et salutare tuū dixi. Non abscondi miām tuā et veritatē tuā: a cōsilio multo. Tu aūt dñe ne lōge facias miserationes tuas a me: mīa tua et veritas tua semp susceperunt me. Qm̄ circundederūt me mala quorum nō est numerus: cōprehēderunt me iniquitates mee et nō potui vt viderē. Multiplicate sūt super capillos capitis mei: et cor meū dereliquit me. Cōplaceat tibi dñe vt eruas me: dñe ad adiuuādum me respice. Cōfundātur et reuereātur simul: qui querunt aīam meā vt auferāt eā. Cōuertātur retrorsū et reuereātur: qui volūt michi mala. Ferāt cōfestim cōfusionē suā: qui dicūt michi euge euge. Exultēt et letētur sup te oēs querētes te: et dicāt sp magnificet dñs qui diligūt salutare tuū. Ego autē mēdicus sū et pauper: dñs sollicitus est mei. Adiutor meus et protector meus tu es: deus meus ne tardaueris. ān.




Cōplaceat tibi domine vt eripias me domine ad adiu-



uandū me respice. ān. Sana dñe. Amen. Psalmus.

Beatus qui intelligit sup egenū et pauperem: in die mala liberabit eū domin᷒. Dñs conseruet eū et viuificet eū et beatum faciat eū in terra: et non tradat eū in animā inimicorū eius. Domin᷒ opem

ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi dn̄e miserere mei: sana animā meā quia peccaui tibi. Inimici mei dixerūt mala michi: quando morietur ⁊ peribit nomē eius. Et si igrediebatur vt videret vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatē sibi. Egrediebatur foras: ⁊ loquebatur in idipsū. Aduersum me susurrabant oēs inimici mei: aduersum me cogitabant mala michi. Verbum iniquū cōstituerūt aduersum me: nūquid qui dormit nō adiiciet vt resurgat? Etenim homo pacis mee i quo speraui: qui edebat panes meos magnificauit super me supplātationē. Tu aūt dn̄e miserere mei et resuscita me: et retribuā eis. In hoc cognoui qm̄ voluisti me: qm̄ non gaudebit inimicus meus super me. Me aūt propter innocentiam suscepisti: et confirmasti me in conspectu tuo in eternū. Bn̄dict⁹ dn̄s de⁹ israel: a seculo ⁊ in seculū fiat fiat. an̄.




Sana domine animam meam quia peccaui tibi. an̄.



Sitiuit. Amen. ps.

Quemadmodū desiderat ceruus ad fōtes aquarum: ita desiderat aīa mea ad te deus. Sitiuit aīa mea ad deū fōtē viuū: qn̄ veniā ⁊ apparebo āte faciē dei. Fuerūt michi lachryme mee panes die ac nocte: dū dicitur michi quotidie vbi est de⁹ tuus. Hec recordat⁹ sum ⁊ effudi in me aīam meā: qm̄ trāsibo in locū tabernaculi admirabilis vsq; ad domū dei. In voce exultationis et cōfessionis: son⁹ epulantis. Quare tristis es aīa mea: et quare cōturbas me? Spera in deo qm̄ ad-

huc cõfitebor illi: salutare vult' mei et deus me'. Ad meipm aia mea cõturbata est: ppterea memor ero tui de terra iordanis et hermonij a mõte modico. Abyssus abyssũ inuocat: in voce catharactarũ tuarũ. Oĩa excelsa tua et fluctus tui: sup me trãsierũt. In die mãdauit dñs mĩam suam: et nocte canticũ ei'. Apud me oratio deo vite mee: dicã deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei et quare cõtristatus incedo: dũ affligit me inimicus. Dũ cõfringũtur ossa mea exprobrauerũt michi: qui tribulãt me inimici mei. Dũ dicunt michi per singulos dies: vbi est deus tuus. Quare tristis es aĩa mea: et quare cõturbas me. Spera in deo quoniã adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus



An. Sitiuit anima mea ad deum viuum quãdo ve-



niam et apparebo ante faciem domini. Vsus. Requiẽ eternã dona eis domine. R. Et lux perpetua luceat eis. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. lcõ vij.

